RETZI
FAUNA
SUECICA

II
12-8-10

G.ª — I.ª
34 B
241

II
12-8-10

Ex Libris J. S. Capieux.




1.ª 3.ª 31.

BIBLIOTECA * INSTITUTO GEOLÓGICO DE ESPAÑA *

6-2-A-12-

ah. e. A. Capieux. Lipf. 1817.

Retz Fauna suecica.




1. *Fringilla Flaviroſtris.*
2. *Fringilla Lulenſis.*

# FAUNAE SUECICAE

A

CAROLO À LINNÉ EQ.

INCHOATAE

## PARS PRIMA

SISTENS

MAMMALIA, AVES, AMPHIBIA
ET PISCES SUECIAE

QUAM

RECOGNOVIT, EMENDAVIT ET AUXIT

ANDREAS JOANNES RETZIUS

IN ACADEMIA LUNDENSI HISTORIAE NATURALIS,
OECONOMIAE ET CHEMIAE PROFESSOR R. O.

INSTITUTO GEOLÓGICO DE ESPAÑA
BIBLIOTECA
R-4408

---

CUM TABULA AERI INCISA.

---

LIPSIAE MDCCC.
APUD SIEGFRIED LEBRECHT CRUSIUM.

COMISION DE LA CARTA GEOLOGICA

# VIRO

## INCOMPARABILI

# D. OLAO ab ACREL

M. D. PROFESSORI REGIO,

NOSOCOMIORUM DIRECTORI GENERALI, NOSOCOMII HOLMENSIS CHIRURGO PRIMARIO, REG. ACADEMIAE SCIENTIARUM SUECICAE ETC. MEMBRO, R. R. O. O. DE WASA COMMENDATORI ET DE STELLA POLARI EQUITI

MEDICORUM PATRIAE SENIORI

CHIRURGORUM PRINCIPI

D. D. D.

AUCTOR.

## L. B.

A. 1746 primam dedit Faunae Suecicae editionem immortalis à *Linné* et An. 1761 ſecundam multum auctam; de tertia quidem cogitavit ill. Vir, at illam abſolvere aliae prohibuerunt curae, inprimis Botanicae. Defuerunt per XXX fere annos ſecundae hujus editionis exemplaria in Bibliopoliis, et quod pejus, defuit nobis liber, qui poſt annum 1761 in patria detecta et obſervata Animalia complecteretur. Secundae novam tantum impreſſionem curare parum utilis eſt labor. Ut itaque huic defectui ſuccurreretur, et Zoologiae ſtudioſis pro viribus conſulerem, et ut amicorum praecipue exterorum votis quantum in me eſſet, reſponderem, jam Ao. 1781. manus huic operi admovi, et qua permiſerunt circumſtantiae ſollertia perfeci.

En

En itaque primam Faunae noſtrae partem, quae typis parata ultra octo annos fuit. Haec tamen mora operi non nocuit, nam ſub illo tempore varia acceſſerunt augmenta, varia de novo deſcribere licuit.

Si numerum ſpectes Animalium, inſigniter quidem in hac parte auctum videbis, at in ſequente parte ultra exſpectationem. Inſectorum ſpecies adeo copioſae ſunt in Patria noſtra ac late diſperſae, ut difficillimus omnino ſit labor illas omnes rite deſcribere ac ordinare. Collectionem locupletem, pretioſum Librorum apparatum, praeterea acutam oculorum aciem et otium multiplici officiorum cura haud interruptum requirit talis labor. Haec omnia quum mihi deſint, operis ſocium et adminiſtrum quaerere neceſſe fuit, et Nobiliſſimum D. LAURENTIUM GYLLENHAL feliciter nactus ſum. Hic egregius Vir, qui in juventute litteris optime imbutus, et prae ceteris Naturae ſtudio captus, dein Satellitum Regiorum Cohorti adſcriptus, tandem culturae patrii ruris et ſtudiorum repetitioni ſe totum dedit. Sub hoc otio, ſi ita vocari debet, Entomologiam, quam duce à LINNE' Patre maximo cum ſucceſſu tractavit, praecipuo cum amore proſecutus eſt, et ita excoluit, ut jam non facile quisquam ex noſtris palmam Illi praeripiat. In eo quoque jam ſtudioſe verſatur, ut hanc Faunae noſtrae partem elaboret. Tertiam vel Helminthologicam partem, ipſe, ſi Deus vitam et vires dederit, conſcribere mihi in animo eſt.

Baſin primae hujus partis conſtituit Fauna Suecica Linneana, cujus deſcriptiones quantum licuit retinui, multas tamen novas addidi, alias emendavi, transpoſitis ſua loca dedi.

Omnia in hac parte enumerata Animalia propius non licuit inſpicere oculis, aliorum itaque obſervationes adhibere neceſſe fuit, cum cura autem illis uſus ſum. Inprimis magno mihi uſui fuerunt Autographon Celeberrimi olim Aboenſium Profeſſoris IOHANNIS LECHE de Avi-

Avibus Sueciae, et obſervationes Ornithologicae, quas rogati benevole mecum per litteras communicarunt amici aeſtumatiſſimi, Upſalienſes Profeſſores C. P. THUNBERG et S. ÖDMAN, nec non Celeb. Doct. et Aſſeſſor P. G. LINDROTH et Generoſ. Iuvenis Comes H. G. WACHTMEISTER, quos itaque grato animo nominare debeo.

Icones in Fauna Suecica Linneana obvias repetere haud neceſſarium duxi, quia in utraque editione hujus libri proſtant. Novas quas dedi, nuper laudati LINDROTH amicitiae debeo. Ex iconibus Rudbeckianis, quarum Centum et Octo tabulas Bibliotheca Grilliana Söderforſenſis poſſidet, depictae ſunt ipſius LINDROTH manu. Si forte quaeras, cur iconem *Fringillae flaviroſtris* addiderim, ideo factum ſcias, quod characterem erroneae ſpeciei ex hac icone confecit olim Ill. à LINNE', ut optime monuit *Cel.* LINDROTH, et quia de illa ave hallucinentur omnes fere poſt LINNE' Ornithologi. Ex viſa itaque icone



icone, quae errori anſam praebuit, et collatione cum Fringillae Linariae foemineo ſexu facile judicabunt periti, num recte illam e numero ſpecierum excluſerim.

Doleo ſane me non potuiſſe ad ſingulas Avium ſpecies tria illa, ut recentiſſima, ſic et praeſtantiſſima opera citare, ſcil. J. LATHAM *Synopſis of Birds*, BÜFFONS *Naturgeſchichte der Vögel durch* OTTO et J. M. BECHSTEINS *Gemeinnützige Naturgeſchichte der Vögel Deutſchlands.* Editio enim anglica primi horum in Bibliotheca noſtra deſideratur, et germanica verſio ſucceſſive (1792 — 1798) prodiit; ſic etiam (1772 — 1793) verſio operis Buffoniani, nec niſi ſero nimis (1796) notus mihi fuit liber *Cel.* BECHSTEIN. Ex his itaque non niſi ad paucas ſolummodo ſpecies obſervationes afferre potui, niſi totum hunc ordinem retractare voluiſſem, quod tempus et aliae curae non permiſerunt. In genere autem pauca tantum et praecipua attuli ſynonyma, ne praeter

ter neceſſitatem libri moles et pretium increſcerent.

Alio loco, ſcilicet in Diſſertatione Academica a *praeclar.* I. SONNERBERG e cathedra defenſa, ſub titulo: *Animadverſiones in Claſſem Mammalium Linneanam*, rationes dedi, cur in diſtributione Ordinum hujus Claſſis a methodo *ill.* à LINNE' diſceſſerim. Ceterum ad Societatem Linneanam Londinenſem Tractatiunculam miſi, in qua rationes novorum Ordinum in Claſſe Piſcium breviter expoſui; illas itaque hic repetere ſuperfluum credidi.

Ut errores, quos invenies, amice corrigas, et defectus benevole ſuppleas, meisque conatibus faveas ac benigne judices, opto.

MAM-

# MAMMALIA SVECIAE.

1. *Primates.*

Homo ſapiens.

2. *Nocticolae.*

1. Veſpertilio murinus.
2. — — auritus.
3. — — Noctula.
4. — — Barbaſtellus.
5. — — Pipiſtrellus.

3. *Ferae.*

6. Phoca vitulina.
7. Canis familiaris.
8. — Lupus.
9. — Vulpes.
10. — Lagopus.
11. Felis Catus.
12. — Lynx.
13. Muſtela Lutra.
14. — Lutreola.
15. — Martes.
16. — Foina.
17. — Putorius.
18. — Erminea.
19. — vulgaris.
20. Muſtela nivalis.
21. Urſus Arctos.
22. Gulo borealis.
23. Meles Taxus.

4. *Foſſores.*

24. Sus Scrofa.
25. Erinaceus Europaeus.
26. Sorex Araneus.
27. — fodiens.
28. Talpa Europaea.

5. *Glires.*

29. Lepus timidus.
30. — Cuniculus.
31. Caſtor Fiber.
32. Mus Decumanus.
33. — Rattus.
34. — Muſculus.
35. — ſylvaticus.
36. — amphibius.
37. — paludoſus.
38. — gregarius.
39. — Lemmus.
40. Myoxus muſcardinus.

41. Sciurus vulgaris.
42. — volans.
59. — ſtriatus.

*6. Pecora.*

43. Cervus Alces.
44. — Elaphus.
45. — Tarandus.
46. — Dama.
47. — Capreolus.
48. Capra Hircus.
49. Ovis Aries.
50. Bos Taurus.

*7. Iumenta.*

51. Equus Caballus.

*9. Belluae.*

52. Trichechus Rosmarus.

*10. Cete.*

53. Monodon Monoceros.
54. Balaena Myſticetus.
55. — Phyſalus.
56. Phyſeter macrocephalus.
57. Delphinus Phocaena.
58. — Orca.

I. MAM-

# I. MAMMALIA.

## 1. PRIMATES.

### HOMO.

Homo *ſapiens*, Naturae Regnorum Tyrannus.

*Lappones* corpore parvo, capillis brevibus nigris rectis et iridibus oculorum nigricantibus, ſingularem eſſe varietatem e Samojedica gente una cum Groenlandis et Eſquimaux ortam, nullum videtur dubium. *Sueciae* autem et *Gothiae* incolae diſtingui non poſſunt, et ſi conjecturae ſit locus, crediderim Lappones olim per totam Sueciam diſperſos unicos fuiſſe incolas, donec Odinus cum ſuis ſcythis regionem ingreſſus mixtam ex his progeniem effecerit, dein plurimis nationibus millies remixtam. *Fennones* forte Slavis Tatariſque originem debent.

## 2. NOCTICOLAE.

### VESPERTILIO.

*Dentes* omnes erecti, acuminati, approximati, numero in ſpeciebus inaequali.

*Manus* palmatae volitantes, membrana corpus cingente.

1. Vespertilio *murinus*, caudatus, naſo oreque ſimplici, auriculis capite minoribus operculo lanceolato.

*V. mu-*

*V. murinus*, caudatus, naſo oreque ſimplici, auriculis capite minoribus. L. S. N. XII. T. I. p. 47. Fn. Su. 2.

*V. murinus*, naſo oreque ſimplici, auriculis longitudine capitis. Erxl. Syſt. p. 143.

*V. major*, murini coloris, pedibus omnibus pentadactylis, auriculis ſimplicibus. Briſſ. Quadr. p. 158.

*V. murinus*, auriculis longitudine capitis. Bodd. El. I. p. 69.

*Common Bat.* Penn. Britt. Zool. I. p. 148. Hiſt. Quadr. 2. p. 562. Arct. Zool. I. p. 185.

*Chauve Souris.* Buff. H. N. VIII. p. 113. t. 16.

*V. murinus.* Schreb. Säugth. I. p. 165. t. 51.

*Suecis* Läderlapp, Fladermus. *Smolandis* Nattblacka. *Scanis* pleb. Flagermus. *Fennis* Nahka - Süpi, Yötipakka.

Habitat in cavis arborum, murorum ruinis etc. Inſectis, lardo aliisque pinguibus victitans.

*Obſ.* Incertum omnino eſt, ad quam ſpeciem pertineat deſcriptio in Fn. Su. l. c. data. In Veſpertilione foemina IV mammas pectorales obſervavit Exper. *Florman*, at ſpeciem determinare praetermiſit.

2. Vespertilio *auritus*, caudatus, naſo oreque ſimplici, auriculis capite majoribus, operculis lanceolatis baſi exteriore reflexo.

*V. auritus*, caudatus, naſo oreque ſimplici, auriculis duplicatis capite majoribus. L. S. N. XII. T. I. p. 47. Fn. Su. 3. Erxl. Syſt. p. 141.

*V. minor*, murini coloris, pedibus omnibus pentadactylis, auriculis duplicibus. Briſſ. Quadr. p. 160.

*V. auritus*, auriculis capite majoribus. Bodd. El. I. p. 69. Schreb. Säugth. I. p. 163. t. 50.

Habitat in cavis arborum etc, at rarior.

3. Ve-



3. Vespertilio *Noctula*, caudatus, naſo oreque ſimplici, auriculis capite minoribus, rotundatis, extus baſi plicatis, operculo parvo ſemiorbiculari marginali.

*V. Noctula*, naſo oreque ſimplici, auriculis capite brevioribus, corpore cano. Erxl. Syſt. p. 146. Schreb. Säugth. I. p. 166. t. 52.

*Noctule Bat.* Penn. Hiſt. Quadr. 2. p. 559.

*Great Bat.* Penn. Britt. Zool. I. p. 146. t. 13. f. 38.

*Noctule.* Buff. H. N. VIII. p. 128. t. 18. f. 1.

Habitat in Scania ſat frequens.

*Corpus* cinereo - canum, in aliis nigreſcens. *Artus* nigri. *Facies* et *Aures* atrae. Verrucam ſub mento haud obſervavi.

4. Vespertilio *Barbaſtellus*, caudatus, naſo oreque ſimplici, auriculis magnitudine capitis ſupra frontem coeuntibus: exteriore latere lobo ſemiorbiculari auctis, operculo interno lanceolato.

*V. Barbaſtellus*, buccis barbatis, auriculis longioribus frontem tegentibus. Erxl. Syſt. p. 148. Schreb. Säugth. I. p. 168. t. 55.

*Barbaſtelle.* Penn. Hiſt. Quadr. 2. p. 561. Buff. H. N. VIII. p. 130. t. 19. f. 1.

Habitat in Scania haud rarus.

Magnitudo *V. murini*, niger ore albido. *Auriculae* ſupra frontem coeunt, in latere exteriore lobo ſemiorbiculari inſtruuntur et dein in genas deſcendunt, unde facies lata et buccae barbatae apparent.

5. Vespertilio *Pipiſtrellus*, caudatus, naſo oreque ſimplici, auriculis capite minoribus ſubrotundis ſinuatis, operculo elliptico fornicato.

*V. Pipiſtrellus*, naſo oreque ſimplici, auriculis longitudine capitis, corpore ſubtus nigricante. Erxl. Syſt. p. 148. Schreb. Säugth. I. p. 167. t. 54.

*Pipiſtrelle*

*Pipiſtrelle Bat.* Penn. Hiſt. Quadr. 2. p. 561.
*Pipiſtrelle.* Buff. H. N. VIII. p. 129. t. 19. f. 2.
Habitat in Scania.

Noſter ſupra niger, ſubtus cinereus ac major figura Buffoni et Schreberi, murino haud cedens.

## 3. FERAE.

### PHOCA.

*Dentes Primor.* ſuperiores paralleli VI — IV. exteriores majores.
inferiores paralleli IV - II. diſtincti, omnes compreſſi, incurvati, acuti.
*Canini* ſolitarii, conici, utriusque maxillae.
*Intermedii* ſolitarii utriusque maxillae:
*Maxillares* in utraque maxilla IV — V. ferini, diſtantes, ſubtricuſpides. *)
*Auriculae* nullae in noſtris.
*Pedes poſtici* coaliti.

6. Phoca *vitulina*, capite levi inauriculato. L. S. N. XII. T. I. p. 56.
*Ph. vitulina*, dentibus caninis tectis. Fn. Su. 4.
*Ph. vitulina*, capite laevi inauriculato, corpore fuſco. Erxl. Syſt. p. 583. Bodd. El. I. p. 171.
*Phoca* 1. *Vitulus marinus*. Briſſ. Quadr. p. 162.
*Suecis* Själ, Själhund, Sjökalf. *Fennis* Hylje.

α. *Phoca*

*) Dentium primorum numerus in ſpeciebus diverſus. Sic ſecundum *Fabricium* Phocae Urſinae IV. utriusque maxillae. Plures ſpecies VI. ſuperiores, IV inferiores habent, aliae vero IV. ſuperiores, II inferiores. Dentes canini in Phocis breviores ſunt quam in genere Canis. Felis. Urſi etc. Nec maxillares in omni ſpecie tricuſpides, in variis vix veſtigia cuſpidum, in univerſum autem ex toto Ferarum ordine minimos, ſimpliciſſimos et remotiſſimos habet Dentes maxillares Phocae genus, quantum ego novi.



α. *Phoca flaveſcens*, maculis majoribus rarioribus.
*Ph. barbata*, pedibus anticis manus hominis referentibus, pollice breviore, vibriſſis longis albis integris, apice curvis. Fabr. Fn. Groenl. 9. ?
*Great Seal.* Penn. Arct. Zool. I. p. 159. Britt. Zool. I. p. 156. Hiſt. Quad. I. p. 524 ?
*Remmeſäl.* Fabr. Nat. Hiſt. Selſk. Skrift. I. 2. p. 139.
*Gråſkäl* Ödman N. A. Suec. 1784. p. 83.
*Der graue Seehund.* Schreb. Säugth. 3. p. 509.
Habitat in mari, in aqua dormiens erecta, nunquam in terra.

β. *Phoca argentea*, immaculata?
*Stutſkäl.* Ödman l. cit. p. 84.
*Swinſäl.* Phoca porcina. Fabr. l. c. p. 165. t. 13. f. 4.
*Der Sibiriſche Seehund.* Schreb. Säugth. 3. p. 310.
Habitat in mari. Mores praecedentis, ſed timidior.

γ. *Phoca foetida*, capite laevi, naſo brevi, corpore fere elliptico, vibriſſis undulatis: medulla lucida. Fabr. Fn. Groenl. 8.
*Ph. hiſpida*, capite laevi inauriculato, corpore pallide fuſco, pilis ſurrectis hiſpido. Erxl. Syſt. p. 589. Bodd. El. I. p. 171.
*Rough Seal.* Penn. Arct. Zool. I. p. 160. Hiſt. Quadr. 2. p. 524.
*Der rauhe Seehund.* Schreb. Säugth. 3. p. 312. t. 86. figura nimis elongata.
*Grå Wikare Skäl.* Ödman l. c. p. 85.
*Fjord Säl.* Fabric. l. c. I. 2. p. 74.
Habitat in mari juxta littora, in rupibus vel glacie littorum dormiens.

δ. *Phoca vitulina*, capite laevi, vertice retuſiuſculo, naſo mediocri, corpore ſubcylindrico, vibriſ-

ſis

ſis undulatis: medulla concolore. Fabr. Fn. Groenl. 6.

*Phoca Landſelur.* Olaff. et Powelſ. it. Island. I. p. 529. t. 32.

*Common Seal.* Penn. Britt. Zool. I. p. 137. t. 12. Arct. Zool. I. p. 151. Hiſt. Quadr. 2. p. 518.

*Phoque.* Buff. H. N. XIII. p. 333. t. 45.

*Ph. vitulina.* Schreb. Säugth. 3. p. 303. t. 84.

*Swart Wikare Säl.* Ödman l. cit.

*Steenkobbe.* Roſtod N. Act. Nidroſ. 2. p. 185.

*Spragled Säl.* Fabric. l. c. I. 2. p. 98.

Habitat in iisdem locis ac praecedens. Hujus pullus eſt *Morunge* Ödman l. cit.

Piſcatores et Phocarum Venatores Maris Balthici mares *Algar*, foeminas *Laggar*, juniores *Kutor* vel *Kutar* et pullos *Själtolar* vocant.

Nullus dubito, quin hae totidem ſint diverſae ſpecies, at illas determinare non audeo. Dentium numerus in diverſis ſpeciebus non tantum ſaepe diverſus, verum quoque forma, ut ex quinque Craniis diverſarum ſpecierum in Muſeo proprio aſſervatis patet. Color forte ſpeciebus proprius et macularum ſitus, at non niſi in adultis. Pedum et digitorum forma, forte et medulla myſtacum, uti Rev. Fabricio placet, obſervanda. Numne ſeries Vibriſſarum et numerus in quacunque ſerie conſtantes notas darent?

Norvegorum *Steenkobbe.* *Caput* breve. *Setae* V in circulo ſupra utrumque oculum poſitae. *Vibriſſae* undulatae utrinque VII ordinum. *Lingua* acuta. *Digiti* manuum decreſcentes, interiores vix fiſſi: plantarum etiam decreſcentes, medii membrana connexi. *Color* obſcure cinereus maculis nigris elongatis longitudinalibus; abdomen pallidius vix maculatum. *Roſted* l. c.

CANIS.



## CANIS.

*Dentes Primor.* ſuperiores VI. laterales longiores, diſtantes, reliqui ſublobati.
inferiores VI. lateralibus lobatis.

*Canini* ſolitarii, incurvati.

*Intermedii* ſolitarii utriusque maxillae.

*Maxillares* ſuperiores V. tribus ferinis, duobus interioribus molaribus transverſis.
inferiores VI. quinque ferinis, ſexto ſpurio.

7. Canis *familiaris*, cauda ſiniſtrorſum recurva. L. S. N. XII. T. I. p. 56. Fn. Su. 5. Amoen. Acad. IV. p. 43. Bodd. El. I. p. 95. Erxl. Syſt. p. 531. Schreb. Säugth. 3. p. 318.

*C. Domeſticus.* Briſſ. Quadr. 170.

*Faithfull Dog.* Penn. Britt. Zool. I. p. 59. Hiſt. Quadr. I. p. 219.

*Chien.* Buff. H. N. V. p. 185.

*Suecis* Hund. *Foem.* Hynda, Tik. *Fennis* Koira.

α. *domeſticus*, auriculis erectis, cauda ſubtus lanata. Linn. l. c. α.

*Shepherd's Dog.* Penn. Hiſt. Quadr. I. p. 222.

*Chien de Berger.* Buff. l. c. p. 241. t. 28.

*Suecis* Hushund, Bondhund.

β. *pommeranus*, auriculis erectis, capite naſoque villoſis.

*Pommerian Dog.* Penn. l. c. p. 223.

*Chien loup.* Buff. l. c. t. 29.

*Suecis* Schäfferhund, Färhund.

γ. *ſibiricus*, auriculis erectis, totus etiam capite longipilis.

*Sibirian Dog.* Penn. l. c. p. 223.

*Chien de Sibirie.* Buff. l. c. t. 30.

*Suecis* Fix.

δ. is-

δ. *islandus*, auriculis erectis apice pendulis.
*C. familiaris*, cauda recurvata ſubtus lanata, auriculis erectis. Fabr. Fn. Groenl. p. 18.
*Fiaar Hundar.* Olaff. et Powelſ. it. Island. p. 57.
*Chien d'Islande.* Buff. l. c. t. 51.
*Suecis* Isländsk Hund.

ε. *aquaticus*, pilo criſpo longo inſtar ovis. Linn. l. c.
*Water-Dog.* Penn. l. c. p. 224.
*Grand et petit Barbet.* Buff. l. c. t. 37. 38. f. 2.
*Der Budel und Zwergbudel.* Schreb. Säugth. 3. p. 320.
*Suecis* Wattuhund, Pudelhund.

ζ. *Pyramus*, auribus, pectore, cauda et pedibus poſtice longipilis.
α. *Gredin.* Buff. l. c. t. 39. f. 1.
*King Charles's Hound.* Penn. l. c. p. 224.
β. *Pyrame.* Buff. l. c. t. 39. f. 2. Penn. l. c. p. 225.
Macula fulva ſupra oculos diſtinctus.
*Suecis* Knähund.

η. *extrarius*, auriculis longis lanatis dependentibus.
*Epagneul.* Buff. l. c. t. 38. f. 1.
*Suecis* Spanior, Spansk Hund.

ϑ. *melitaeus*, magnitudine Sciuri Linn. l. c. undique longiſſime piloſus.
*Bichon.* Buff. l. c. t. 40. f. 1.
*Suecis* Angorisk Hund.

ι. *leoninus* capite, pectore, cauda et pedibus longe piloſis.
*Shock.* Penn. l. c. p. 225.
*Chien Lion.* Buff. l. c. t. 40. f. 2.

κ. *Hiſtrio*, nigro-coerulescentique varius.
*Petit Danois.* Buff. l. c. t. 41. f. 1.
*Suecis* Harlequin.

λ. *Fri-*



λ. *Fricator*, naſo reſimo, auribus pendulis, corpore quadrato. Linn. l. c.
*Pug-Dog.* Penn. l. c. p. 227. β
*Doguin.* Buff. l. c. t. 44.
*Suecis* Mops, Moppe.
α. capite nigro, abdomine tenui.
*Baſtard Pug.* Penn. l. c. p. 227. δ
*Roquet.* Buff. l. c. t. 41. f. 2.
*Suecis* Engelsk Mops.

μ. *Moloſſus*, magnitudine Lupi, labiis ad latera pendulis, corpore toroſo.
α. *Bull Dog.* Penn. l. c. p. 226. α
*Dogue.* Buff. l. c. t. 43.
*Suecis* Blodhund.
β. *Maſtif.* Penn. l. c. p. 226. δ
*Dogue de forte race.* Buff. l. c. t. 45.
*Suecis* Engelsk Dogg.

ν. *ſagax*, auriculis magnis pendulis, digito ſpurio ad tibias poſticas. Linn. l. c.
α. *niger*, pedibus et macula ſupra utrumque oculum fulvis.
*Suecis* Stöfware.
β. *ferrugineus*, fuſcus, griſeus etc.
*Suecis* Jagthund.

ξ. *Avicularius*, naſo obtuſo fiſſo, cauda truncata.
*Braque.* Buff. l. c. t. 33. 34.
*Suecis* Fogelhund, Hönshund, Rapphönshund.

ο. *Grajus* trunco curvato, roſtro acuto. Linn. l. c.
*Common Grayhound.* Penn. l. c. p. 225.
*Levrier et Levron.* Buff. l. c. t. 27 et 24.
*Suecis* Windhund.

π. *Vertagus*, pedibus brevibus (curvatis) trunco longo.
*Turnſpit.* Penn. l. c. p. 224.

*Baſſet.*

*Baſſet.* Buff. l. c. t. 35.
*Suecis* Tax, Taxhund, Hanſe.

ε. *Aegyptius,* nudus, fere epilis. Linn. l. c.
*Naked Dog.* Penn. l. c.
*Chien-Turc.* Buff. l. c. t. 42. f. 1.
*Suecis* Naken Hund.

Hoſpitatur ubique in domibus et caſis.

Mihi diſtincta videtur et propria ſpecies, nec a Lupo, nec Vulpe l. Cane aureo orta, licet cum his nonnunquam prolem generet fertilem. *Moloſſum* vidi digitis ſemipalmatis, plures autem non examinavi.

8. Canis *Lupus*, cauda incurvata. L. S. N. XII. T. I. p. 58. Fn. Su. 6. Erxl. Syſt. p. 556. Schreb. Säugth. 3. p. 346. t. 88.
*C. Lupus*, cauda incurvata, oculis obliquis. Bodd. El. 1. p. 95.
*Lupus vulgaris.* Canis ex griſeo flaveſcens. Briſſ. Quadr. p. 170.
*Wolf.* Penn. Britt. Zool. 1. p. 75. t. 5. Arct. Zool. 1. p. 38. Hiſt. Quadr. 1. p. 231.
*Loup.* Buff. H. N. VII. p. 39. t. 1.
*Suecis* Warg, Ulf; quibusdam locis Gråben. *Fennis* Suſi.

Habitat in ſylvis.

Lupos ante 1730 in Suecia rariores fuiſſe contendit a Linné.

9. Canis *Vulpes*, auriculis acutis, cauda recta apice albo.
*C. Vulpes*, cauda recta apice albo. L. S. N. XII. T. 1. p. 59. Schreb. Säugth. 3. p. 354. t. 90.
*C. Vulpes*, cauda recta apice albo vel nigro. Bodd. El. 1. p. 96.
*Vulpes vulgaris.* Canis fulvus pilis cinereis intermixtis. Briſſ. Quadr. p. 173.

Fox.



*Fox.* Britt. Zool. 1. p. 71. Arct. Zool. 1. p. 45. Hiſt. Quadr. 1. p. 234.
*Renard.* Buff. H. N. VII. p. 75. t. 6.
*Suecis* Räf. *Fennis.* Kettu, Repo.

β. *Vulpes crucigera.* Canis fulvus crucem nigram in dorſo gerens. Briſſ. Quadr. p. 173.
*Suecis* Korsräf.

γ. *Alopex*, cauda recta apice nigro. L. S. N. XII. T. I. p. 59. Schreb. Säugth. 3. p. 358. t. 91.
*C. Vulpes*, ferrugineus. Fn. Su. 7. γ
*Suecis* Brandräf.

Habitat in ſylvis ubique. β et γ vix in inferiore Suecia.

*Obs. Canis Lycaon Schreb.* in Suecia vix viſus; *Vulpeculae nigrae Schefferi* enim ad ſequentem ſpeciem pertinent. *The Croſs Fox* Penn. Arct. Zool. I. p. 46. abdomine nigro deſcribitur, quod in noſtro Korsräf obſervatum non vidi, nec ejus *Brantfox* l. c. p. 47. ex Penſylvania adductus cum noſtro convenit. Ceterum attentius examen meretur *Canis Alopex* Linn. quamvis varii, et inter hos Rev. D. Ödman Brand- et Korsräf nil niſi varietates eſſe Vulpis.

10. Canis *Lagopus*, auriculis brevibus rotundatis, cauda recta apice concolore, pedibus ſubtus denſiſſime lanatis.
*C. Lagopus*, cauda recta apice concolore. L. S. N. XII. T. I. p. 59. Fn. Su. 8. Schreb. Säugth. 3. p. 362.
*C. Lagopus*, cauda recta, palmis plantisque piloſiſſimis. Erxl. Syſt. p. 568. Bodd. El. I. p. 97.
*Vulpes alba.* Canis hieme albus, aeſtate ex cinereo coeruleſcens (falſo). Briſſ. Quadr. p. 174.
*Iſatis.* Gmelin. N. Comm. Petrop. V. p. 358.
*Arctic Fox.* Penn. Hiſt. Quadr. I. p. 238. t. 29. f. 1. Arct. Zool. I. p. 42.

Fiäll

*Field Räven.* Fabricius N. Act. S. Scient. Hafn. 3. p. 423. c. fig.
*Suecis* Fiällracka.
α. totus albus. Schreb. l. c. t. 93.
*Suecis* Hwit Räf.
β. totus cinereo - coeruleſcens. Schreb. l. c. t. 93.
*Suecis* Blå Räf.
γ. niger. *Vulpeculae nigrae.* Scheff. Lapp. illuſtr. p. 540.
*Suecis* Swart Räf.

Habitat in alpibus Lapponicis, victitans Mure Lemmo, Avibus, Teſtaceis, etiam baccis Empetri. Ao. 1738. quatuor hujus ſpeciei alba ſpecimina in Bahuſia globo occiſa. Kalm it. *Bahuſ.* p. 236. et Ao. 1786. d. 27. Octobr. aliud prope Lund in Scania. Ao. 1790. iterum tria ſpecimina in Scania viſa ſunt.

*Obs.* Varietas β paulo minor, et γ hujus varietas. Etiam catuli β. nigreſcunt. *Fabricius.*

## FELIS.

*Dentes Primor.* VI. aequales, ſuperiores intus excavati.
*Canini* ſolitarii longitudinaliter ſulcati.
*Intermedii* ſolitarii ſuperioris maxillae.
*Maxillares* ſuperiores III. duobus ferinis, tertio minuto oblique transverſo.
inferiores III. ferini.
*Lingua* retrorſum aculeata.
*Ungues* retractiles.

11. Felis *Catus*, cauda elongata fuſco-annulata, corpore faſciis nigricantibus: dorſalibus longitudinalibus tribus, lateralibus ſpiralibus. L. S. N. XII. T. I. p. 62. Fn. Su. 9. Erxl. Syſt. p. 518. Bodd. El. I. p. 92. Schreb. Säugth. 3. p. 397. t. 107. B. f. 1.
*F. domeſtica.* Briſſ. Quadr. p. 19.

*Domeſtic Cat.* Penn. Britt. Zool. I. p. 82.
*Common Cat.* Penn. Hiſt. Quadr. I. p. 274.
*Suecis* Katt, *foem.* Katta. *Fennis* Kiſſa.
α. colore ſupra deſcripto, quo cum fero convenit.
*Suecis* Grå Katt.
β. fuſco - cinereus, unicolor.
*Blue Cat.* Penn. Hiſt. Quadr. I. c. p. 276.
*Chat des Chartreux.* Buff. H. N. VI. t. 4.
*Suecis* Blå Katt, Cartheuſer Katt.
γ. niger, unicolor.
*Suecis* Swart Katt, Genottkatt.
δ. maculatus ex fulvo, nigro et albo.
*Tortoiſeshell Cat.* Penn. l. c. p. 276.
*Chat d'Eſpagne.* Buff. H. N. VI. t. 5.
*Suecis* Spansk Katt.

Hoſpitantur hae praecipuae varietates cum aliis unicoloribus albis et varie maculatis in domibus cicures.

Pellis *Genott* dicta a varietate nigra γ. deſumitur.

Ao. 1760. in Sölfwitsborg vidi binas Feles juniores pedibus poſticis ſolito longioribus Cuniculi modo ſaltus facientes, quarum poſſeſſor eas ex Cuniculo mare et Fele foemina natas eſſe pro certo affirmabat. Singularem non nihil faciem prae ſe ferebant, at forte mera monſtroſitas.

12. Felis *Lynx*, cauda abbreviata, apice atra, auriculis apice barbatis. L. S. N. XII. T. I. p. 62. Schreb. Säugth. 3. p. 408. t. 109.
*F. Lynx*, cauda abbreviata, apice atra, auriculis apice barbatis, corpore maculato. Erxl. Syſt. p. 525. Bodd. El. I. p. 91.
*Felis* auricularum apicibus pilis longiſſimis praeditis, cauda brevi. Briſſ. Quadr. p. 200.
*Lynx.* Penn. Hiſt. Quadr. I. p. 279. Arct. Zool. I. p. 50.

*Lynx ou Loup Cervier*. Buff. H. N. IX. p. 231. t. 21. *Suecis* Lo, Lodjur. *Wermelandis* Gåpe, Göpe. *Fennis* Ilves.

α. corpore ruſeſcente maculis pallidis. Fn. Su. 10. *Suecis* Warglo.

β. corpore albido maculis nigris. Fn. Su. II. *Suecis* Kattlo.

Habitat in denſis ſuperioris Sueciae ſylvis.

Non ſolum colore ſed etiam magnitudine differunt α et β, quas aptius diſtinxit, quam demum conjunxit *à Linné*. Ego diverſas ſpecies puto, at notas ſpecificas ex ſcriptoribus tuto eruere haud potui. De *Raſlo* etiam loquuntur Venatores, quemque ex griſeo et nigro faſciatum deſcribunt. Forte huc pertinet fig. *Schreberi* cit.

## MUSTELA.

*Dentes Primores* VI utrinque, altitudine ſubaequales*) inferiorum II. ſitu interiores.

*Canini* conici l. ſubulati, incurvati.

*Intermedii* ſolitarii utriusque maxillae.

*Maxillares* ſuperiores III — IV. quorum a l. 3. ferini, intimus molaris transverſus. inferiores IV — V. quorum 3. l. 4. ferini intimo molari ſpurio.

*Ungues* haud retractiles.

13. Mustela *Lutra*, plantis palmatis nudis, cauda corpore dimidio breviore. L. S. N. XII. T. I. p. 66. Schreb. Säugth. 3. p. 457. t. 126. A.

*Viverra*

*) Quo charactere *Muſtelae* a *Viverris* diſtinguuntur, fateor me neſcire, niſi forte naſus in his magis productus, praeſentia folliculi putorii et ſitus dentis molaris intimi in ſuperiore maxilla quid valeant. Lingua aculeata et numerus dentium maxillarium certe haud ſufficiunt, multo minus ſitus dentium primorum in inferiore maxilla.



*Viverra Lutra*, plantis palmatis nudis, cauda corpore breviore. Fn. Su. 12.

*Lutra vulgaris*, plantis nudis, cauda corpore breviore. Erxl. Syſt. p. 448.

*Lutra Lutra*, plantis nudis, cauda corpore dimidio breviore. Bodd. El. I. p. 167.

*Lutra*, caſtanei coloris. Briſſ. Quadr. p. 201.

*Otter*. Penn. Britt. Zool. I. p. 92. t. 8. f. 19.

*Common Otter*, ejusd. Arct. Zool. I. p. 86.

*Greater Otter*, ejusd. Hiſt. Quadr. 2. p. 351.

*Loutre*. Buff. H. N. VII. p. 134. t. 11. XIII. p. 323. t. 45.

*Suecis* Utter, Otter.

Habitat in ſtagnis, piſcinis, fluviis paſſim. Cicurata piſcari diſcit. Act. R. Ac. Scient. Suec.

*Obs*. Lutras in mari circa Koſteroe maris occidentalis inſulam prope Strömſtad copioſe inveniri refert *Kalm It. Weſtrog*. p. 84. Aquae ſalſae itaque etiam incola, niſi quod vix crediderim Lutra marina vel Muſtela Lutris Linn. ſit.

14. Mustela *Lutreola*, pedibus ſemipalmatis hirſutis, ore mandibulaque inferiore albis.

*M. Lutreola*, plantis palmatis hirſutis, digitis aequalibus, ore albo. L. S. N. XII. T. I. p. 66. Schreb. Säugth. 3. p. 462. t. 127.

*Viverra Lutreola*, ore albo, plantis palmatis hirſutis, digitis ſubaequalibus. Fn. Su. 13. Pallas Spic. Zool. XII. p. 42. t. 3. f. 1.

*Lutra minor*, plantis hirſutis, digitis aequalibus, ore albo. Erxl. Syſt. p. 451. Bodd. El. I. p. 167.

*Mink*. Penn. Arct. Zool. I. p. 87.

*Leſſer Otter*. Penn. Hiſt. Quadr. 2. p. 354. t. 38.

*Tuhcuri*. Leche: A. R. Ac. Sc. Su. 1759. p. 302. t. 11.

*Suecis* Mänck. *Fennis* Tuhcuri, Tihcuri.



Habi-

Habitat in Finlandiae aquoſis, victitans piſcibus, ranis, cancris.

*Obs.* Huic ſolus *Erxleben* duplices dentes caninos tribuit altero graciliore. vide l. cit.

15. Mustela *Martes*, pedibus fiſſis, corpore fulvo-nigricante, gula flava. Erxl. Syſt. p. 455. Bodd. El. I. p. 87.

*M. Martes*, pedibus fiſſis, corpore fulvo-nigricante, gula pallida. S. N. XII. T. 1. p. 67. Fn. Su. 15. Schreb. Säugth. 3. p. 475. t. 130.

*Martes.* Muſtela pilis in exortu ex cinereo-albidis caſtaneo colore terminatis, veſtita, gutture flavo. Briſſ. Quadr. p. 179.

*Pine Martin.* Penn. Britt. Zool. I. p. 94. Arct. Zool. I. p. 76. Hiſt. Quadr. 2. p. 321.

*Marte.* Buff. H. N. VII. p. 186. t. 22.

*Suecis* Mård, Furumård, Biörkmård.

Habitat in ſylvis, olim copioſe in Lapponia. *Schefferus*, p. 341.

*Obs.* Hanc ob oculos habuit *Gen. à Linné*, ſequentem nomine tenus tantum cognovit.

16. Mustela *Foina*, pedibus fiſſis, corpore fulvo-nigricante, gula alba. Erxl. Syſt. p. 458. Bodd. El. I. p. 88. Schreb. Säugth. 3. p. 472. t. 129.

*Foyna.* Muſtela pilis in exortu albidis caſtaneo colore terminatis, veſtita, gutture albo. Briſſ. Quadr. p. 178.

*Martin.* Penn. Britt. Zool. I. p. 94. t. 6. f. 15. Hiſt. Quadr. 2. p. 320.

*Fouine.* Buff. H. N. VII. p. 161. t. 18.

*Suecis* Mård, Bokmård, Aſpmård.

Habitat in ſylvis Scaniae, forte etiam Smolandiae.

17.



17. Mustela *Putorius*, pedibus fiſſis, corpore flavo-nigricante, ore auriculisque albis. S. N. XII. T. I. p. 67. Fn. Su. 16. Schreb. Säugth. 3. p. 485. t. 131.

*M. Putorius*, flavo-nigricans, ore auricularumque apicibus albis. Erxl. Syſt. p. 463.

*M. Ilis*, flavo-nigricans, ore auricularumque apicibus albis. Bodd. El. I. p. 87.

*Putorius.* Muſtela pilis in exortu ex cinereo-albidis colore nigricante terminatis, veſtita, oris circumferentia alba. Briſſ. Quadr. p. 180.

*Fitchet.* Penn. Britt. Zool. I. p. 89. t. 6. f. 14.

*Putois.* Buff. H. N. VII. p. 199. t. 23.

*Suecis* Iller, Hiller.

Habitat in Scania campeſtri vulgaris, alibi ut et in Smolandia rarior.

18. Mustela *Erminea*, pedibus fiſſis, corpore rufo-fuſco, ſubtus albo, cauda ſubquinquepollicari dimidiato-nigra.

*M. Erminea*, pedibus fiſſis, caudae apice atro. S. N. XII. T. 1. p. 68. β. Fn. Su. 17. β. Schreb. Säugth. 3. p. 496. t. 137.

*M. Erminea*, auricularum marginibus albis, caudae apice nigro. Erxl. Syſt. p. 474. Bodd. El. I. p. 88.

*Ermineum.* Muſtela hieme alba, aeſtate ſupra rutila, infra alba, caudae apice atro. Briſſ. Quadr. p. 176.

*Stoat* or *Ermine.* Penn. Britt. Zool. I. p. 89. t. 7. f. 18. Hiſt. Quadr. 2. p. 314. Arct. Zool. I. p. 75.

*Roſelet. Hermine.* Buff. H. N. VII. p. 240. t. 29.

*Suecis* Lekatt, Hermelin.

Habitat in locis ſubterraneis, inprimis vero intra lapidum acervos, per totam Sueciam vulgaris, copioſius vero in Norlandia et Lapponia.

Animal ſequenti plus duplo majus. *Caput*, *Collum*, *Dorſum* et *Latera* ac *Pedes* extus rufo-fuſca vel fuſco-brun-

brunnea, ſubtus pallide ſulphureum, quem colorem etiam gerunt plantae palmaeque; circum os vero color albus, qui ad aures usque aſcendit. *Auriculae* truncatae margine albo. *Naſus* nigricans. *Myſtaces* ſuperioris labii nigrae, inferioris albae. *Caudae* exterior dimidia pars nigra, reliqua corpori concolor. *Calli* tres ſubgloboſi ſub quovis pede. *Scrotum* ſat magnum piloſum proxime ſub ano. *Digiti* piloſi, hyeme denſius, tumque totum animal praeter dimidiam caudam et naſum candidum. Longitudo ab apice roſtri ad caudam XI. pollices, caudae V. poll.

19. Mustela *vulgaris*, pedibus *fiſſis*, corpore fuſco-griſeo, ſubtus et macula juxta utrumque oculum parva albis, cauda bipollicari tertia parte nigra.

*M. Erminea.* L. S. N. XII. T. I. p. 68. a. Fn. Su. p. 17. a.

*M. vulgaris*, corpore ex rufo-fuſco ſubtus albo. Erxl. Syſt. p. 471. Schreb. Säugth. 3. p. 498. t. 138. nomine M. nivalis.

*M. vulgaris*, ſupra rutila, infra alba. Briſſ. Quadr. p. 175.

*Common Weeſel.* Penn. Britt. Zool. I. p. 95. t. 7. f. 17. Hiſt. Quadr. 2. p. 315. Arct. Zool. I. p. 75.

*Belette.* Buff. H. N. VII. p. 225. t. 29.

*Suecis* Weſſla.

Habitat in iisdem locis ac praecedens, haud raro ad domos et pagos. Ob ſummam pernicitatem difficillime capitur.

Longitudo ab apice roſtri ad caudam VII. poll. caudae II. poll. *Roſtri* apex niger. *Supra* tota et pedibus extus fuſco-griſea, nonnunquam in rufum vergens. *Subtus* tota alba, quae albedo etiam in labio ſuperiore et ad aures usque aſcendit. Ad canthum oculi internum macula parva alba. *Digiti* albido-piloſi. *Auriculae* poſtice



poſtice duplicatae. Apud nos caudae tertia pars ſemper nigra, dum animalculum ſub hyeme totum praeterea candidum. In cranio adultioris ſpeciminis *Dentes canini ſuperiores* utrinque bini, in alio junioris etiam duo, at ſecundus multo brevior. An haec diverſitas ab aetate vel ſexu? an monſtroſitas tantum in his ſpeciminibus? Ex duobus tantum inſpectis pro certo, nihil determinare audeo.

20. Mustela *nivalis*, pedibus fiſſis, corpore fuſco-cinereo ſubtus albo, cauda truncata ſesquipollicari, unicolore.

*M. nivalis*, pedibus fiſſis, corpore albo, caudae apice vix pilis ullis nigris. L. S. N. XII. T. 1. p. 69. Fn. Su. 18. Erxl. Syſt. p. 477.

*Snoemus*, Hellenius: N. A. B. Ac. Sc. Suec. 1785. p. 212. t. 8.

*Suecis* Snoemus. *Fennis* Nirpa, Lumikko, Lumitiirka.

Habitat in Weſtrobothnia et boreali Fennia, etiam in Norwegia.

Deſcriptionem l. cit. dedit *Cel.* Hellenius.

*Cauda* raro in apice nonnullos gerit pilos nigros ſparſos. *Color* his tribus ſpeciebus ceterum diverſis, verno tempore fuſco-cinereus, aeſtate nonnihil in rufum vergit, hyeme albus evadit.

## URSUS.

*Dentes Primores* ſuperiores VI. intus excavati.
inferiores VI. exteriores bilobi, medii intus marginati.
*Canini* ſolitarii, conici.
*Intermedii* ſuperiores remoti, obtuſi.
inferiores ſolitarii, obtuſi.

*Maxil*

*Maxillares* ſuperiores III. molares, paralleli.
inferiores IV. primo ferino, III. molaribus.

21. Ursus *Arctos*, corpore unicolore nigreſcente.

*U. Arctos*, cauda abrupta. L. S. N. XII. T. I. p. 69. Fn. Su. 19.

*U. Arctos*, fuſco nigricans, cauda abrupta. Erxl. Syſt. p. 156.

*U. Arctos*, auriculis brevioribus rotundis, collo brevi. Bodd. El. I. p. 79.

*U. niger*, cauda unicolore. Briſſ. Quadr. p. 187.

*Suecis* Bioern.

α. *Urſus niger*.

*Black Bear*. Penn. Hiſt. Quadr. 2. p. 285. Arct. Zool. I. p. 57.

*Urſus Arctos* niger. Schreb. Säugth. 3. p. 502. t. 140.

*Suecis* Myrbioern. *Iemtiis* Myrtuſs.

β. *Urſus fuſcus*.

*Brown Bear*. Penn. Arct. Zool. I. p. 61.

*Ours brun*. Buff. H. N. VIII. p. 248. t. 31.

*Urſus Arctos* fuſcus. Schreb. Säugth. 3. p. 502. t. 139.

*Suecis* Slagbioern.

Habitat in vaſtiſſimis denſiſſimisque Succiae borealis, Oſtrobothniae et Finlandiae ſylvis.

*Obs*. Specie diverſos eſſe veroſimillimum eſt. Suadent magnitudo, color, victus, mores; at characteres dare difficillimum.

GULO.



GULO.

*Dentes Primores* ſuperiores VI. intus excavati, exterioribus uni-, mediis bi-lobatis.
inferiores VI. lateralibus bilobis: 2. 2. ſitu interiores.

*Canini* ſolitarii, conici, intus anguloſi.

*Intermedii* ſolitarii utrinque.

*Maxillares* ſuperiores III. ferini, I. molari transverſo.
inferiores IV. ferini, I. molari ſpurio.

22. Gulo *borealis*. Pallas Spicil. XIV. p. 25. t. 2.

*Muſtela Gulo*, pedibus fiſſis, corpore rufo-fuſco, medio dorſi nigro. L. S. N. XII. T. I. p. 67. Fn. Su. 14. Erxl. Syſt. p. 477.

*Urſus Gulo*. Schreb. Säugth. 3. p. 525. t. 144. bis.

*Meles Gulo*, roſtro conico obtuſo, corpore macilento, ephippio aterrimo. Bodd. El. I. p. 81.

*Glutton*. Penn. Hiſt. Quadr. 2. p. 293.

*Wolverene*. Penn. Arct. Zool. I. p. 66.

*Glouton*. Buff. H. N. Suppl. 3. p. 240. t. 48.

*Iärf*. *Filfras*. Genberg: A. R. Sc. Su. 1773. p. 215. t. 7. 8. Lindwall ibid. p. 222.

*Järven*, Gunner: Act. Nidroſ. 5. p. 143. t. 3. f. 5. 6.

*Suecis* Iärf, Filfras.

Habitat in borealis Sueciae, Lapponiae, Oſtrobothniae ſylvis montoſis. Caſtoris hoſtis, quem Caſtoreo excepto totum devorat.

*Obs*. Muſtelis re vera quam Urſo propior, nec cum Mele in uno genere bene jungitur. Singularis rugoſitas dentium.

MELES.

## MELES.

*Dentes Primores* ſuperiores VI. intus excavati.
inferiores VI. integri.
*Canini* ſolitarii, conici.
*Intermedii* ſuperiores nulli.
inferiores ſolitarii, minuti, occultati.
*Maxillares* ſuperiores II. ferini, II. molares: primo ſubtrigono intimo quadrato, maximo.
inferiores III. ferini, II. molares, intimo ſpurio.

23. MELES *Taxus*, corpore ſupra cinereo, abdomine faſciaque per oculos et aures nigris, cauda brevi unicolore.

*Urſus Meles*, cauda concolore, corpore ſupra cinereo ſubtus nigro, faſcia longitudinali per oculos aureſque nigra. L. S. N. XII. T. I. p. 70. Fn. Su. 20. Erxl. Syſt. p. 161. Schreb. Säugth. T. 3. p. 516. t. 142.

*M. Taxus*, cauda concolore, abdomine faſciaque oculari nigris. Bodd. El. I. p. 80.

*Meles*, pilis ex ſordido albo et nigro variegatis, veſtita, capite taeniis alternatim albis et nigris variegato. Briſſ. Quadr. p. 185.

*Common Badger.* Penn. Britt. Zool. I. p. 85. t. 8. f. 15. Hiſt. Quadr. 2. p. 297. Arct. Zool. I. p. 71.

*Blaireau.* Buff. H. N. VII. p. 104. t. 7. 8.

*Suecis* Gräſswin, Gräſling, Gräſwing, Tax.

Habitat in ſylvis umbroſis, depreſſis, lapidoſis ſub terra minus frequens.

*Obs.* Inteſtinum coecum nullum. P. C. ABILDGAARD.

4. FOS-



# 4. FOSSORES.

## SUS.

*Dentes Primores*, ſuperiores VI. diſtantes, medii convergentes, proximi compreſſi ſerrulati, laterales oblique truncati, porrecti. *)
inferiores VI. prominentes, quorum IV. medii longiores intus biſulcati.
*Canini* ſolitarii, triquetri, exſerti, recurvi.
*Intermedii* nulli.
*Maxillares* ſuperiores II. ferini V. molares.
inferiores III. ferini, III. molares.

24. SUS *Scrofa*, dorſo antice ſetoſo, cauda piloſa. L. S. N. XII. T. I. p. 102. Fn. Su. 21. Am. Acad. V. p. 461. Erxl. Syſt. p. 176. Schreb. Säugth. . . .

*S. ſetoſus*, dorſo antice ſetoſo, cauda piloſa. Bodd. El. I. p. 157.

*S. domeſticus* caudatus, auriculis oblongis acutis, cauda piloſa. Briſſ. Quadr. p. 74.

*Common Hog.* Penn. Britt. Zool. I. p. 54. Hiſt. Quadr. I. p. 126.

*Cochon. Verrat.* Buff. H. N. V. p. 99. t. 16.

β. *chinenſis.*

*S. Sinenſis* caudatus, ventre ad terram uſque propendente, cauda piloſa. Briſſ. Quadr. p. 75.

*Chineſe Hog.* Penn. Hiſt. Quadr. I. p. 125. γ.

*Chineſiska Swin.* It. Scan. 72. It. Weſtr. . . .

γ. *pedibus monungulis.*

*Suecis*

*) Ad caninos refert *Gen.* a LINNE' ultimos hos, ſed ſitus eorum in oſſibus intermaxillaribus quo minus illum ſequar, vetat. In S. Babyruſſa IV. tantum D. primor. ſuperiores et inferiores haud ſulcati.

*Suecis* Swin; *mas* Fargalt. *Scanis* Orne; *caſtratus* Galt; *foemina* Sugga. *Scanis* So; *caſtrata* Gylta; *Pullus* Gris.

Hoſpitatur culta ubique ſpecies, *chinenſis* varietas jam rarior et *monungula* varietas circa Upſaliam et in nonnullis Smolandiae locis. Varietas ſylveſtris antehac in Oelandia juſſu R. Friderici I. plantata, nuper exſtirpata.

### ERINACEUS.

*Dentes Primores* nulli.
*Canini* ſuperiores II. ſubcylindrici, oblique intus truncati.
inferiores II. cylindrici, porrecti, truncati.
*Intermedii* ſuperiores utroque latere IV. per paris approximati.
inferiores III. recumbentes.
*Maxillares* ſuperiores V. molares, primo et ultimo minuto.
inferiores IV. molares, primo triquetro, ultimo ſpurio.

25. Erinaceus *europaeus* auriculis rotundatis, naribus criſtatis. L. S. N. XII. p. 75. Fn. Su. 22. Erxl. Syſt. p. 169. Schreb. Säugth. 3. p. 580. t. 162.
*Igelkott.* It. Gothl. p. 264.
*E.* auriculis erectis. Briſſ. Quadr. p. 129.
*E. europaeus* auriculis rotundis, naribus criſtatis. Bodd. El. I. p. 129.
*Common Urchin.* Penn. Britt. Zool. I. p. 133.
*Common Hedge Hog.* Penn. Hiſt. Quadr. I. p. 588. t. 48. f. III. Arct. Zool. I. p. 142.
*Heriſſon.* Buff. H. N. VIII. p. 28. t. 6.
*Suecis* Igelkott, *Scanis* Pinnſwinn, Piggſwin.

Habitat



Habitat in Suecia rarior, vix in Norlandia, in Gothia vulgatior, in Scania frequens. Hybernat.

### SOREX.

*Dentes Primores* ſuperiores II. convergentes biſidi.
inferiores II. porrecti quadrifidi.
*Canini* nulli.
*Intermedii* ſuperiores V. ſenſim minores.
inferiores ſolitarii.
*Maxillares* ſuperiores IV. molares cuſpidati.
inferiores I. ſerinus III. molaribus cuſpidatis. *)

26. Sorex *Araneus*, cauda mediocri tereti, corpore ſubtus albido. L. S. N. XII. T. I. p. 74. Erxl. Syſt. p. 125. Schreb. Säugth. 3. p. 573. t. 160.
*S. Araneus*, cauda corpore longiore. Fn. Su. 24.
*S. Araneus*, cauda mediocri, corpore griſeo-nigro, ſubtus albo. Bodd. El. I. p. 125.
*Fetid Shrew.* Penn. Britt. Zool. I. p. 125. Hiſt. Quadr. 2. p. 479. Arct. Zool. I. p. 139.
*Muſaraigne.* Buff. H. N. VIII. p. 57. t. 10. f. I.
*Suecis* Näbbmus.

Habitat in pratis, ſylvis, hortis, fodinis.

27. Sorex *fodiens*, cauda mediocri ſubtetragona ſubtus alba canaliculata, corpore ſubtus albido.
*S. fodiens.* Ödman N. A. R. Ac. Sc. Su. 1783. p. 318.
*S. carinatus* atro-cinereus, ſubtus albidus, inciſoribus brunneis, macula retro oculos albida, cauda attenuata ſubtus piloſa carinata. Bodd. El. I. p. 124.

*S. Dau-*

*) Difficillime numerantur ob parvitatem. Singulare quod in utraque ſpecie deeſt arcus zygomaticus.

*S. Daubentonii*, cauda mediocri ſubnuda, corpore nigricante ſubtus cinereo, digitis ciliatis. Erxl. Syſt. p. 124.

*S. Daubentonii* atro-cinereus, cauda mediocri ſubnuda, digitis ciliatis. Bodd. El. I. p. 123.

*S. Tetragonurus*, atro-cinereus, ſubtus pallidior, cauda ſubquadrata, inciſoribus brunneis. Bodd. El. I. p. 123.

*S. fodiens* roſtro longiore, auriculis breviſſimis, corpore ſupra nigro ſubtus cinereo, pedibus albis. Bodd. El. I. p. 124. Schreb. Säugth. 3. p. 571. t. 161.

*Carinated Shrew* et *Squaretailed Shrew*. Penn. Hiſt. Quadr. 2. p. 482.

*Water Shrew*. Penn. Britt. Zool. I. p. 126. t. 11. f. 35. Hiſt. Quadr. 2. p. 480.

*Muſaraignée d'eau*. Buff. H. N. VIII. p. 64. t. 11. f. 1.

*Suecis* Wattnäbbmus.

Habitat juxta aquas.

*Obs.* Niſi omnia jam allata ſynonyma ad ſpeciem noſtram pertinent, multum fallor.

*Animal* ſimillimum ſp. 26. ab apice roſtri ad caudae baſim 5. poll. *Cauda* ſesquipollicaris ſubtetragona, fere aequalis apice acuto, annulata, pilis brevibus rariuſculis appreſſis tecta, ſupra nigreſcens, ſubtus albida ſulco longitudinaliter exarata, et dehinc pili verſus margines verſi. Aures truncatae, albae. *Color* dorſi niger, laterum et capitis murinus, gulae et abdominis ſordide albidus, ſub gula paululum in luteum vergens. *Pedes* pilis brevibus albidis nitidis veſtiti. *Dentium* omnium apices fuſco-crocei, quod et in priori ſpecie obſervatur.

## TALPA.

*Dentes Primores* ſuperiores VI. medii majores.
inferiores VIII. exteriores majores.

*Canini* utriusque maxillae ſolitarii, baſi lata apice acuto.

*Intermedii* in utraque maxilla III. utrinque, compreſſi, acuti.

*Maxillares* ſuperiores IV. triquetri, molares cuſpidati.
inferiores III. compreſſi, cuſpidati.



28. Talpa *Europaea*, caudata, pedibus pentadactylis. L. S. N. XII. T. I. p. 73. Fn. Su. 25. Schreb. Säugth. 3. p. 559. t. 156.

*T. Europaea*, cauda breviore, pedibus pentadactylis. Erxl. Syſt. p. 114.

*T. vulgaris*, cauda brevi, pedibus pentadactylis. Bodd. El. I. p. 126.

*T. vulgaris*, caudata, nigricans, pedibus anticis et poſticis pentadactylis. Briſſ. Quadr. p. 204.

*European Mole*. Penn. Britt. Zool. I. p. 128. Arct. Zool. I. p. 142. Hiſt. Quadr. 2. p. 485.

*Taupe*. Buff. H. N. VIII. p. 81. t. 12. Suppl. III. p. 193. t. 32.

*Suecis* Mullwad. *Smolandis* Surk. *Scanis* Syrk, Mullſyrk.

Habitat ſub terra in agris, pratis, hortis et paſcuis.

Pelli ex hortis dicitur ſato Coriandro. A. R. Ac. Sc. Su. 1761. p. 82.

## 5. GLIRES.

## LEPUS.

*Dentes Primores* II. ſuperiores duplicati: interioribus minoribus.

29. Lepus *timidus*, cauda abbreviata, auriculis apice nigris. L. S. N. XII. T. I. p. 77. Fn. Su. 25.

*L. timi-*

*L. timidus*, cauda abbreviata, pedibus poſticis longitudine corporis dimidii, auriculis apice nigris. Erxl. Syſt. p. 325.

*L.* caudatus, ex cinereo rufus. Briſſ. Quadr. p. 94. et plane candidus p. 95.

*L. variabilis*, apice aurium atro, cauda concolore alba. Bodd. El. I. p. 99. Schreb. Säugth. 4. p. . . . t. 235. B.

*Varying Hare.* Penn. Hiſt. Quadr. 2. p. 370. t. 40. f. 1. Arct. Zool. I. p. 94.

*Suecis* Hare.

Habitat per totam Sueciam vulgaris.

*Obs.* In Scania major, aeſtate ſubrufus, hyeme griſeus, quo magis vero verſus ſeptentrionem vergit eo minor, et hyeme magis albeſcit, aeſtate vero ſolum cinereus. In ipſa Scania etiam inſignis eſt differentia quoad magnitudinem et colorem; in campeſtri enim tractu major et minus ſub hyeme griſeus quam in ſylveſtri parte; omnes autem a nobis viſi cauda alba. Ideoque adhuc dubium eſt, num ſpecie differant *L. europaeus* et *variabilis* recentiorum; ſi vero ita, caudae color characterem dabit, non autem magnitudo vel coloris mutatio.

30. Lepus *Cuniculus*, cauda abbreviata, auriculis nudatis. L. S. N. XII. T. I. p. 77. Fn. Su. 26. Schreb. Säugth. 4. p. . . . t. 236. A. B.

*L. Cuniculus*, cauda abbreviata, pedibus poſticis corpore dimidio brevioribus. Erxl. Syſt. p. 331.

*L. Cuniculus*, auribus apice atris, cauda concolore, cruribus poſticis trunco brevioribus. Bodd. El. I. p. 100.

*Cuniculus noſtras.* Lepus caudatus obſcure cinereus. Briſſ. Quadr. p. 95.

*Rabbet.*



*Rabbet.* Penn. Britt. Zool. I. p. 104. t. 10. f. 21. Hiſt. Quadr. 2. p. 375.

*Lapin.* Buff. H. N. VI. p. 303. t. 51.

*Suecis* Kanin.

Hoſpitatur jam rarius domeſticus. 1760 integram inſulam juxta Elfsnabben Cuniculis populatam vidi.

## CASTOR.

*Dentes Primores*, ſuperiores II. truncati, angulo transverſo excavati.
inferiores apice transverſi.

*Cauda* depreſſo - plana.

31. Castor *Fiber*, cauda ovata plana. L. S. N. XII. T. I. p. 78. Fn. Su. 27. Schreb. Säugth. 4. p. 623. t. 175.

*C. Fiber*, cauda depreſſa ovata. Erxl. Syſt. p. 440. Bodd. El. I. p. 166.

*Caſtor*, caſtanei coloris, cauda horizontaliter plana. Briſſ. Quadr. p. 90.

*Beaver. Caſtor.* Penn. Britt. Zool. I. p. 96. t. 9. Hiſt. Quad. 2. p. 385. Arct. Zool. I. p. 98.

*Caſtor.* Buff. H. N. VIII. p. 282. t. 36.

*Båfwer.* Giſsler: A. R. Ac. Sc. Su. 1756. p. 257. Hollſten: ibid. 1768. p. 291. Lagus: ibid. 1766. p. 218.

*Suecis* Båfwer. *Smolandis* Bjur.

Habitat in lacubus et fluviis ſuperioris Sueciae, praeſertim Lapponiae.

*Obs. Caſtor moſchatus* L. *Mygalus* nob. nondum in Finlandia certe viſus.

C MUS.

[library stamp]

## MUS.

*Dentes Primores*, utrinque II. inferiores ſubulati.
*Maxillares* molares III. utrinque.
*Cauda* annulata nudiuſcula.

* *cauda annulata, ſubnuda.*

32. Mus *decumanus*, cauda elongata, corpore ſubruſo-cinераſcente, ſubtus albido. Schreb. Säugth. 4. p. 645. t. 178.
*M. Norwegicus*, cauda elongata, palmis tetradactylis cum unguiculo pollicari, corpore ruſo. Erxl. Syſt. p. 381.
*M. decumanus*, cauda longiſſima ſquamata, corpore ſetoſo griſeo, ſubtus albido. Bodd. El. I. p. 111.
*M. Norwegicus*, caudo longa ex diluto cinereo-fuſcus. Briſſ. Quadr. p. 125.
*M. ſylveſtris*, cauda longiſſima ſupra dilute fulvus, infra albicans. Briſſ. Quadr. p. 120.
*Brown Rat.* Penn. Britt. Zool. I. p. 115. Hiſt. Quadr. 2. p. 439. Arct. Zool. I. p. 130.
*Surmulot.* Buff. H. N. VIII. p. 206. t. 27.
*Suecis* Brun Rotta. *Scanis* Jordrotta.

Habitat in terra ſub aedibus, ante 50 annos plane ignotus, jam vero in variis provinciis vulgatiſſimus: Murem Rattum, ubi ſedem fixit, expulit pejor hoſpes, dum non tantum Rattorum more omnia rodit, ſed pavimenta ſubfodit, ſicque aedificiorum fundamenta ſaepe deſtruit.

33. Mus *Rattus*, cauda elongata, corpore cinereo-nigreſcente ſubtus cano.
*M. Rattus*, cauda elongata ſubnuda, palmis tetradactylis cum unguiculo pollicari, plantis pentadactylis. L. S. N. XII. T. I. p. 83. Fn. Su. 33. Schreb. Säugth. 4. p. 647. t. 179.

*M. Rat-*



*M. Rattus*, cauda elongata, palmis tetradactylis cum unguiculo pollicari, corpore griſeo. Erxl. Syſt. p. 382.
*M. Rattus*, cauda longiſſima ſquamoſa, corpore atro, ſubtus caneſcente. Bodd. El. I. p. 112.
*Rattus.* Mus cauda longiſſima, obſcure cinereus. Briſſ. Quadr. p. 118.
*Black Rat.* Penn. Britt. Zool. I. p. 115. Hiſt. Quadr. 2. p. 458. Arct. Zool. I. p. 129.
*Rat.* Buff. H. N. VII. p. 278. t. 36.
*Suecis* Rotta.

Habitat in aedibus per totam Sueciam excepta Lapponia, ante adventum M. decumani vulgatior.

34. Mus *Muſculus*, cauda elongata, corpore cinereo-fuſco, ſubtus cineraſcente.
*M. Muſculus*, cauda elongata ſubnuda, palmis tetradactylis, plantis pentadactylis: pollice mutico. L. S. N. XII. T. I. p. 83. Fn. Su. 34.
*M. Muſculus*, cauda elongata, palmis tetradactylis absque unguiculo pollicari, corpore griſeo. Erxl. Syſt. p. 391.
*M. Muſculus*, cauda longiſſima ſquamoſa, corpore fuſco, ſubtus cineraſcente. Bodd. El. I. p. 112.
*Sorex.* Mus cauda longiſſima, obſcure cinereus; ventre ſubalbeſcente. Briſſ. Quadr. p. 119.
*Mouſe.* Penn. Britt. Zool. I. p. 122. t. 11. f. 30. Hiſt. Quadr. 2. p. 445. Arct. Zool. I. p. 131.
*Souris.* Buff. H. N. VII. p. 309. t. 39.
*Suecis* Mus.

Habitat in aedibus et ſylvis glandiferis ubique.

Varietates tres in Suecia obſervatae, ſcil.
*alba*, oculis rubris hinc inde viſa.
*alba*, oculis piceis capta ad Uddarp Scaniae.
*ſtriata*, ex albo cinereoque ad Oenneſlad Scaniae.



*Obſ.*

*Obs.* Spec. 32. 33. 44. hyeme magis cinereae aeſtate plus minus rufeſcunt, hinc diverſitas colorum apud Auctores.

35. Mus *ſylvaticus*, cauda longa, corpore griſeo ſordide flaveſcente, ſubtus lateribusque albis.

*M. ſylvaticus*, cauda mediocri, palmis tetradactylis, plantis pentadactylis, corpore griſeo pilis nigris, abdomine albido. L. S. N. XII. T. I. p. 84. Fn. Su. 36. Schreb. Säugth. 4. p. 651. t. 180.

*M. ſylvaticus*, cauda mediocri, corpore cano pilis nigris, pectore flaveſcente, abdomine albido. Erxl. Syſt. p. 388.

*M. ſylvaticus*, cauda longa ſquamoſa, corpore griſeo-luteſcente, ſubtus lateribusque abrupte albis. Bodd. El. I. p. 112.

*Fieldmouſe.* Penn. Britt. Zool. I. p. 120. Hiſt. Quadr. 2. p. 444. Arct. Zool. I. p. 131.

*Mulot.* Buff. H. N. VII. p. 325. t. 41.

*Autour.* Buff. Av. I. p. 230. t. 12.
*Suecis* Hök, Duſhök.

Habitat ubique per Sueciam, praecipue ſylveſtrem. Nidificat in arboribus. *Ova* 5 rufo-maculata. D. Tengmalmi Nov. Act. Suec. 1783. p. 45.

*Ceram* omnino luteam vidit *Briſſon*, *Leche*, *Tengmalm*; *luteo-viridem Willughby*, *Pennant*, etiam coeruleſcentem *Brünniche*, nigram margine luteo *à Linné*.

*Magni-*



*Magnitudo* circiter Gallinae. *Roſtrum* coeruleſcenti nigrum. *Caput* fuſcum, uti et *Colli* ſuperior pars et *Dorſum*. Linea ſupra oculos albida. *Nucha* albo-maculata. *Gula* alba lineis longitudinalibus fuſcis. *Pectus* et *Abdomen* albida, lineis transverſis ſubundulatis fuſcis. *Cauda* longa cinereo-fuſca faſciis transverſis obſcurioribus remotis.

Junior forte fuit, quam ita in Adverſariis deſcripſit Leche. *Cera*, *Iris*, *Pedes* ac *Digiti* lutei. *Tibiae* antice ad medium veſtitae. *Color* ſupra fuſco-cinereus, ſed *caput* et faſciae *caudae* obſcuriores. In *nucha* albedo baſeos pennarum translucet. In *remigibus* maculae majores nigrae 8. 7. 6. quae in ſupina primorum parte, vix autem in ſecundariis conſpiciuntur. *Rectrices* omnes extimo albae, dein faſciis nigris 5. l. 6. totidemque cinereis; hae vero obſcuriore tinctura quaſi marmoratae. Tota avis ſubtus alba, at in collo, abdomine, femoribus et ſub alis lineae transverſae nigricantes. *Remiges* 2. 3. 4. 5. 6. verſus apicem ſinu quaſi exciſi.

In pullis maculae pectoris ſunt longitudinales Ödman.

23. Falco *Niſus*, cera viridi, pedibus flavis, abdomine albo griſeo undulato, cauda faſciis nigricantibus. L. S. N. XII. T. I. p. 130. Fn. Su. 68. Lath. Ind. I. p. 44.
*Accipiter.* Briſſ. Orn. I. p. 90.
*Sparrowhawk.* Will. Orn. p. 86. Penn. Britt. Zool. I. p. 198. Arct. Zool. 2. p. 226.
*Epervier.* Buff. Av. I. p. 225. t. 11.
*Suecis* Sparſhök.

Habitat in ſylvis, turribus, rupibus, ſaepe etiam in majorum hortorum ſepibus.

Inter

Inter Suecicos hujus generis minimus. *Caput*, *Dorſum*, *Alae* ſupra *foeminae* fuſca, *maris* cana. *Pectus*, *Abdomen* et *Femora* *foeminae* albida, *maris* teſtacea lineis transverſis anguſtioribus fuſcis undulatis vel fulvis, in foemina duplo fere majore frequentioribus. *Remiges* fuſci. *Rectrices* longae, fuſcae, faſciis 5 nigris.

## STRIX.

*Roſtrum* aduncum, absque *cera* plerisque.

*Nares* pennis ſetaceis recumbentibus tectae.

*Caput* grande, auribus oculisque magnis.

*Lingua* bifida.

24. Strix *Bubo*, capite auriculato, corpore rufo. L. S. N. XII. T. I. p. 131. Fn. Su. 69. Lath. Ind. I. p. 51.

*Bubo*. Briſſ. Orn. I. p. 159.

*Great Horn-Owl*, or *Eagle-Owl*. Will. Orn. p. 99.

*Eagle-Owl*. Penn. Britt. Zool. I. p. 202. t. 29. Arct. Zool. 2. p. 228.

*Le Duc ou grand Duc*. Buff. Av. I. p. 332. t. 22.

*Suecis* Uf, Horuuf, Berguf.

Habitat per Sueciam vulgaris; nidificat in petris ſylvaticis praeruptis, arboribus praealtis, turribus et ruderatis. *Victus* Lepores, Mures, Talpae, Veſpertiliones ac varia amphibia.

*Magnitudo* fere Aquilae ſed toroſior multo. *Roſtrum* nigrum, baſi et apice mandibulae inferioris emarginatis. *Cera* nigra ſetis fere occultata. *Nares* in cera ad marginem hujus extenſae, patulae. *Iris* aurantia. *Corpus* teſtaceo-rufum lineolis transverſis nigris undulatis, longitudinalibus majoribus itidem nigris. *Cauda* brevis, ſed alis longior, faſciis ſordidis. *Alae* maculis nigris aſperſae. *Tibiae* et *Pedes* craſſo vellere veſtiti.

25.



25. Strix *Scandiaca*, capite aurito, corpore albido. L. S. N. XII. T. I. p. 132. Fn. Su. 70. nigris maculis aſperſo. Lath. Ind. I. p. 53.

*Bubo lapponicus*. Briſſ. Orn. I. p. 142.

*Bubo Scandianus*. Rudb. Av. pict.

*Scandinavian Eared Owl*. Penn. Arct. Zool. 2. p. 237.

Habitat in Alpibus Lapponicis.

*Magnitudo* Meleagridis. *Corpus* totum album nigris maculis adſperſum. Similis Strigi Nycteae, ni ſupercilia aurita adeſſent in hoc Bubone. Avis non niſi ex icone picta Rudbeckii nota, et forte praecedentis tantum varietas.

26. Strix *Otus*, capite auriculato pennis ſex. L. S. N. XII. T. I. p. 132. Fn. Su. 71. Lath. Ind. I. p. 55.

*Aſio*. Briſſ. Orn. I. p. 142.

*Horn-Owl*. Will. Orn. p. 100.

*Longeared Owl*. Penn. Britt. Zool. I. p. 203. t. 30. Arct. Zool. 2. p. 229.

*Le Hibou ou moyen Duc*. Buff. Av. I. p. 342. t. 23.

*Suecis* Hornuggla.

Habitat in ſylvis, cavis arboribus et domibus deſertis.

*Magnitudo* Gallinae. *Roſtrum* nigrum. Ad aures *faſciculi* e ſex pennis erectis in medio longitudinaliter fuſcis, extus ſordide luteis, intus pallidiores maculis nigris. *Dorſum* et *Alae* ſupra ex albo, cinereo flavo et fuſco variegatae. *Pectus* et *Abdomen* ſordide lutea maculis oblongis fuſcis et transverſis pallidis ex apicibus pennarum albidis. *Cauda* ſubtus cinerea obſcure faſciata, ſupra ex rufo et nigricante faſciata. *Pedes* lanati.

27. Strix *Scops*, capite auriculato penna ſolitaria. L. S. N. XII. T. I. p. 132. Lath. Ind. I. p. 56.

*Scops*. Briſſ. Orn. I. p. 144.

*Little*

*Little Horn-Owl.* Will. Orn. p. 101.

*Le Scops ou petit Duc.* Buff. Av. I. p. 353. t. 24.

Habitat in Suecia ſeptentrionali. Muſ. Grill.

*Longit.* circa 8 poll. Varius ex griſeo, rufo, fuſco et nigro, ſupra autem fuſcum, ſubtus griſeum praedominat. *Aurium pennae* ſolitariae in mortua ave vix obſervandae. *Remigum* et *Rectricum* faſciae ruſeſcentes et fuſcae. Variat ceterum coloribus pro aetate.

* * capite laevi. *)

28. Strix *Nyctea*, iridibus flavis, corpore vel toto albo vel albo fuſco-maculato faſciatove, circulo oculorum albo. Tengmalm: N. Act. R. Ac. Sc. Su. 1793. p. 264.

*St. Nyctea*, capite laevi, corpore albido maculis lunatis diſtantibus fuſcis. L. S. N. XII. T. I. p. 132. Fabr. Fn. Groenl. 56. Lath. Ind. I. p. 57.

*St. Nyctea*, capite laevi, corpore albido. Fn. Su. 76.

*Strix alba* freti Hudſonis. Briſſ. Orn. I. p. 152?

*Snowy Owl.* Penn. Arct. Zool. 2. p. 233.

*Harfang.* Buff. Av. I. p. 387.

*Suecis* Harfang.

Habitat in ſuperioris Sueciae provinciis minus vulgaris.

Gallo duplo major. *Roſtrum* nigrum. *Irides* flavae. *Caput* fere album. *Corpus* totum fere niveum. *Pectus, Abdomen* et *Tectrices* alarum lineis transverſis undulatis fuſcis. *Remiges* nivei, (4 priores margine ſerrati) ſecundum longitudinem duplici ordine macularum parvarum ſubrotundarum, cinerearum, quibus et interdum tertius

*) *Strigum* Hiſtoriam egregie reformavit *Cel.* Tengmalm in Nov. Act. R. Ac. Scient. Suec. 1793. quemque in ſequentibus ſequor.



tertius macularum ordo accedit. *Cauda* nivea nigris minimis punctis vel maculis temere notatur. *Variat* maculis lunatis fuſcis. Quo adultior Avis eo magis albeſcit, donec tota nivea. *Fabr. Fn. Groenl.* l. cit.

29. Strix *liturata*, corpore ſupra griſeo, albo-maculato, ſubtus albo, ſtriis longitudinalibus nigris, iridibus flavis. Tengmalm, l. c. p. 267.

*St. nebuloſa*, capite laevi, corpore fuſco albido undulatim ſtriato, remige ſexto longiore apice nigro. Lath. Ind. I. p. 58. an?

*Barred Owl.* Penn. Arct. Zool. 2. p. 234. t. 11. f. 120. an?

Habitat in ſuperiore Suecia.

*Magnitudo* praecedentis, capite fere majore. *Circulus* oculorum ſordide albus, ad marginem vero plumis ex albo cinereo et nigro variegatis. *Caput* ex albo, et fuſco-griſeo varium; linea fuſca a baſi mandibulae ſuperioris deſcendente. *Dorſum* et *tectrices* Alarum griſeae maculis albis notatae. *Alae* ex albo et griſeo teſſelatae, ſingulo remige albo et fuſco-griſeo quaſi faſciato. *Subtus* alba maculis oblongis vel lituris nigris. *Tibiae, Anus Criſſum* alba. *Cauda* alis longior, griſeo et albo faſciata, rectricibus albo et griſeo teſſelatis.

30. Strix *lapponica*, corpore ſupra ex fuſco, cinereo, ferrugineo, albidoque maculato, ſubtus cinereo canescentique variegato, iridibus flavis, gula barbata. Muſ. Carlſſ. Faſc. 5. tab. —

Habitat in Lapponia. Sparrman in litteris.

Magnitudo fere Bubonis. *Caput* inauriculatum. *Roſtrum* flavum. *Facies* cinerea fuſco-undulata. *Pileus* et *Cervix* etiam, ſed denſius. *Dorſum* fuſcum. *Tectrices alarum* quoque, ſed cinereo-variegatae et ſtriatae. *Remiges*

*miges primores* cinerei fuſco - faſciati, ſecundarii fuſco cinereoque lineati. *Rectrices* longae cinereae, faſciis lineisque tranſverſis fuſcis. *Subtus* pallide cinerea maculis longitudinalibus et ſtriis transverſis copioſis fuſcis. Com. H. G. Wachtmeister.

51. Strix *Aluco*, capite praegrandi, iridibus nigris, corpore griſeo - ferrugineo, nigro alboque vario. Tengmalm, l. cit. p. 270.

*Mas.*

*St. Aluco*, capite laevi, corpore ferrugineo, iridibus atris, remigibus primoribus ſerratis. L. S. N. XII. T. I. p. 132. Fn. Su. 72. Lath. Ind. I. p. 59.

*Ulula.* Briſſ. Orn. I. p. 148.

*Grey Owl.* Will. Orn. p. 103.

*Brown Owl.* Penn. Britt. Zool. I. p. 210. t. 32.

*Hulotte.* Buff. Av. I. p. 358.

*Suecis* Harugla.

*Foemina.*

*St. ſtridula*, capite laevi, corpore ferrugineo, remige tertio longiore. L. S. N. XII. T. I. p. 133. Fn. Su. 77. Lath. Ind. I. p. 58. Brünn. Orn. p. 7.

*Strix.* Briſſ. Orn. I. p. 146.

*Common brown Owl.* Will. Orn. p. 102.

*Tawny Owl.* Penn. Britt. Zool. I. p. 208. Arct. Zool. 2. p. 237.

*Chat - huant.* Buff. Av. I. p. 362. t. 25.

*Suecis* Skrikugla, Nattugla.

Habitat in cavis arboribus, horreis etc. mures, aviculas etc. conſumens.

*Mas. Caput* e griſeo - albo et nigro maculatum. *Roſtrum* in aliis albidum, in aliis flaveſcens marginibus nigris.

gris.



gris. *Nares* juxta ceram (Lecke). *Iris* aliis fuſca, aliis nigra. *Dorſum* teſtaceum nigro et griſeo maculatum, quaſi arena conſpurcatum. Maculae albae ad latera dorſi et in tectricibus alarum. *Remiges* 1. 2. 3. ſenſim longiores et margine exteriore ſerrati, omnes faſciis fuſcis quaſi teſſellati. *Cauda* alis longior, griſea, faſciis 5 ſubfuſcis exceptis 2 mediis. *Abdomen* albicans maculis oblongis griſeis et nigris, et hae lituris transverſis ſaepius marginatae. *Pedes* albidi punctis nigricantibus.

*Foemina* minor nonnihil, ex fuſco rufo et nigro variegata ubi mas teſtacea, griſeo et nigro pictus. *Abdomen* magis flaveſcit. Pro aetate uterque ſexus variat.

52. Strix *flammea*, iridibus flavis, corpore ſupra fulvo cinereo intermixto, guttulis albis notato, ſubtus albo ochreove punctulis fuſcis. Tengmalm l. cit. p. 274.

*St. flammea*, capite laevi, corpore luteo punctis albis, ſubtus albido punctis nigricantibus. L. S. N. XII. T. I. p. 133. Lath. Ind. I. p. 60.

*St.* capite laevi, corpore luteo. Fn. Su. 73.

*Aluco.* Briſſ. Orn. I. p. 147.

*Common Barn - Owl*, or *White Owl*, or *Church - Owl.* Will. Orn. p. 104.

*White Owl.* Penn. Britt. Zool. I. p. 206. Arct. Zool. 2. p. 235.

*L'Effraie ou la Freſaie.* Buff. Av. I. p. 366. t. 26.

Habitat in horreis, templis, ruderatis. Nidificat in turribus, muris, cavis arborum, muribus inprimis victitans.

Magnitudine *Stridulae* cedit. *Caput* et totum *corpus* ſupra luteum vel fulvum griſeo tenuiſſime undulatum et albo guttatum. Maculae vero hae ambitu nigro acuminato cinctae; *ſubtus* album vel ochraceum maculis

parvis ſtellatis fuſcis ſparſis. *Area* oculorum vel nivea, ſi corpus ſubtus album, vel pallide flaveſcens immaculata. *Remiges* exterius flaveſcentes, interius albi, in ſingulo maculae 4 nigrae. *Cauda* alis brevior alba, rectricibus margine exteriore leviter flaveſcente, faſciis tribus ad 5 fuſcis.

53. STRIX *Ulula*, capite ſubaurito, iridibus flavis, corpore fulvo vel ochraceo, maculis longitudinalibus fuſcis vario, remigibus areis nigris luteisque alternis notatis, cauda faſciata. Tengmalm l. cit. p. 279.

*St. Ulula*, capite laevi, corpore ſupra fuſco-albo maculato, rectricibus faſciis albis linearibus. L. S. N. XII. T. I. p. 133.

*St. Ulula*, capite laevi, ſupra rufeſcens maculis longitudinalibus fuſcis, ſubtus albida lineolis fuſcis, cauda faſciis fuſcis. Lath. Ind. I. p. 60.

*St. brachyotos*, capite aurito pennа ſolitaria, corpore fuſco ſubtus flaveſcente longitudinaliter ſtriato, rectricibus fuſcis, intermediis 4 macula lutea, pupilla fuſca. Lath. Ind. I. p. 55.

*Grey Owl.* Will. Orn. p. 103.

*Noctua major.* Briſſ. Orn. I. p. 149.

*St. Aluco.* Brünn. Orn. bor. p. 6.

*St. ſtridula.* N. Act. R. Ac. Sc. Su. 1783. p. 47.

*St. Arctica*, capite inaurito, corpore ferrugineo, ſupra nigro-maculato, ſubtus lineolis fuſcis ſtriato, orbitis faſciaque ſubalari nigris. Muſ. Carlſſon. 3. t. 51.

*Brown Owl.* Penn. Britt. Zool. I. p. 210. t. 32. Arct. Zool. 2. p. 236.

*Shorteared Owl.* Penn. Britt. Zool. I. p. 204. t. 31.

*Chouette ou Grande Chouette.* Buff. Av. I. p. 372. t. 27.

*Suecis* Brand Ugla.

Habitat



Habitat paſſim per totam Sueciam et Finlandiam.

*Magnitudo* Cornicis. *Irides* croceae. *Oculorum* area juxta oculum nigra, dein alba ad marginem vero variegata ex punctis vel atomis nigris, fuſcis et flavis. Terrefacta dum pennas capitis more generis erigit, una vel altera harum ſupra utrumque oculum longior et truncata obſervatur, in tranquilla ave vel mortua difficulter. *Caput*, *Collum*, *Dorſum*, *Pectus*, flavo-ferruginea et longitudinaliter nigris ſtriis vel maculis picta. *Alae* cauda longiores, ſubtus albidae macula vel faſcia ſubalari nigreſcente, ad apicem faſciis 3—4 obſcuris, ſupra dorſo concolores faſciis nonnullis nigris. *Remiges* 1, 2, 3, ſubaequales. *Cauda* brevis dorſo pallidior faſciis 4 l. 5 fuſcis. Alia ſpecimina ſubtus magis cinerea. *Foemina* mari ſimilis, ſed in tectricibus et ſcapularibus maculas albas habet, et remiges ſecundarii apice albent. *Tengmalm.*

Ocelli rectricum, qui in *Str. brachyoto* adeſſe debent, in noſtra ave deſiderantur, praeterea ſimiles.

54. STRIX *funerea*, capite fuſco-nigro punctis albis, iridibus flavis, corpore ſupra fuſco albo-maculato, ſubtus albo faſciis transverſis fuſcis, cauda longa. Tengmalm l. cit. p. 284.

*St. funerea*, capite laevi, corpore fuſco, iridibus flavis. L. S. N. XII. T. I. p. 133.

*St. Ulula*, capite laevi, corpore ſupra fuſco albo-maculato, rectricibus faſciis albidis. Fn. Su. 78.

*St. funerea*, capite laevi, corpore fuſco albo-maculato, ſubtus albo fuſcoque faſciolato, remigibus maculis albis variegatis, rectricibus albo faſciatis. Lath. Ind. I. p. 62.

*St. canadenſis.* Briſſ. Orn. I. p. 151. *freti Hudſonis*, ibid.



*Hawk*

*Hawk-Owl.* Penn. Arct. Zool. 2. p. 234.

*Litle Hawk-Owl.* Edw. Av. 2. t. 62.

*Chouette ou Grande Cheveche de Canada.* Buff. Av. I. p. 391.

Habitat in frigidioribus Sueciae provinciis.

*Magnitudo* circiter falconis Niſi, a roſtro ad caudae apicem 16 — 17 poll. *Roſtrum* pallide flaveſcens. *Irides* flavae. *Caput* nigro-fuſcum punctis l. lineolis albis, quae puncta in collo confertiſſima. Linea pone oculos incipiens nigra ad latera colli deſcendens. *Scapulares* et *tectrices* alarum maculas habent majores albas, quae ad latera dorſi lineam fere formant oblongam albam. *Uropygium* ferrugineo-fuſcum maculis albidis. *Gula* nigra. *Jugulum* album ſtriis fuſcis. In ſterno eſt quaſi collare ex albo et fuſco varium. *Pectus* et *Abdomen* albo fuſco transverſim undulata. *Cauda* longa, anguſta, cuneata, griſeo-fuſca faſciis anguſtis albis picta, ſubtus alba faſciis fuſcis. *Pedes* lanugine alba faſciis transverſis fuſcis ad ungues usque tectae ſunt. Mas foemina major, colore obſcuriore maculisque magis diſtinctis.

55. STRIX *Noctua*, capite maculato, iridibus flavis, corpore ſupra griſeo-fuſco albo-maculato, ſubtus albo fuſco-maculato, alis albo et nigro teſſellatis. Tengualm l. cit. p. 289.

*Strix* capite laevi, corpore griſeo maculis piſiformibus albis, iridibus flavis. Idem 1783. p. 46.

*St. funerea*, capite laevi, corpore fuſco, iridibus oculorum flavis. Fn. Su. 75.

*St.* capite laevi, corpore fuſco, iridibus oculorum fulvis. Fn. Su. 74.

*St. Tengmalmi*, capite laevi, corpore griſeo maculis piſiformibus albis, iridibus flavis. Lath. Ind. I. p. 64.

*Noctua*



*Noctua minor.* Will. Orn. p. 69. Briſſ. Orn. I. p. 150.

*St. Paſſerina*, capite laevi, remigibus quinque ordinum. Lath. Ind. I. p. 65.

*Little Owl.* Will. Orn. p. 105. Penn. Britt. Zool. I. p. 211. Arct. Zool. 2. p. 236.

*La Cheveche ou petite Chouette.* Buff. Av. I. p. 377. t. 28.

*Suecis* Perlugla.

Habitat in ruderatis, lapidicinis et circa fodinas derelictas, magis quam caeterae diurna.

*Obs.* Cel. TENGMALM hanc, quae ſine dubio eſt *Strix Paſſerina* et Linnei et reliquorum Ornithologorum, a *paſſerina* diſtinguit. *Strigem funeream* cum ſua *paſſerina* confudiſſe à LINNÉ facile largior. Ab utraque multum diverſa eſt *the little Owl*, Edw. Av. 5. p. 39. t. 228. quam *paſſerinam* facit *Cel.* LATHAM. Et propria et aliorum experientia novi, Avem noſtram magnitudine multum differre. Teſtimonium *Rev.* BOCK apud me parum valet. Foeminae magnitudinem Columbae riſoriae, Mari Turdi Merulae tribuit Cel. BESEKE *Vög. Kurlands* p. 27. Novem cum dimidio pollicis et caudae $5\frac{1}{2}$ poll. ait Cel. BECHSTEIN Vög. Deutſchl. I. p. 368. Octo et $\frac{1}{2}$ LECHE, et ſex et octo poll. longitudine habui. Coloribus et ordine horum ita conveniunt, ut utraque deſcriptio Cel. TENGMALM viciſſim majori et juniori quadret. Interea cum fieri poſſit, ut quam dixit *paſſerinam*, diverſa ſit ſpecies, quamvis ego dubito, utramque verbis Cel. Viri affero. Noſtram etiam addo deſcriptionem in paucis diverſam. *Longit.* ab apice roſtri ad caudae apicem 6 — 8 poll. Tota avis ſupra fuliginoſo-fuſca maculis albis guttatis, in capite crebrioribus et minoribus. *Tempora* alba. *Irides* flavae. *Roſtrum* pro magnitudine Avis magnum, baſi nigreſcens, caeterum flavum. *Remiges* ſupra albo-maculati, maculis numero incerto, ſubtus albo

faſcia-

faſciati, 1 et 2 margine exteriore ſerrulati, 5 vix. *Cauda* alis poll. 1 circiter longior aequalis, dorſo concolor, rectricibus vel faſciis 5 vel totidem paribus macularum albarum. *Subtus* tota Avis alba maculis oblongis irregularibus fuſcis. *Digiti* ad ungues fere plumoſi obſolete maculati, ſubtus lutei. Nos.

*Magnitudo* Merulae, corpore vero craſſiore. Longit. 8—9 poll. *Caput* griſeo - fuſcum punctulis albis. *Area* oculorum alba, fuſco hinc et inde immixto. *Corpus* ſupra fuſco - griſeum, maculis albis piſi et quod excurrit magnitudine. *Alae* complicatae pagina exteriore teſſellatae apparent e maculis albis et fuſcis alternatim poſitis, (conf. N. Act. Suec. 1783. p. 46. ubi nonnihil diverſa deſcriptio) remiges primores margine inferiore vel exteriore ſerrati ſunt. *Pectus* et *Abdomen* alba, maculis oblongis, irregularibus fuſcis in pectore confertiſſimis, abdomine vero rarioribus. *Cauda* brevis, ſupra fuſca: rectrices fuſcae, taeniis albis, medio interruptis, hinc quaſi per paria poſitis. *Pedes* lanati albi. Tengmalm.

36. Strix *paſſerina*, capite laevi, iridibus pallide flavis, corpore ſupra fuſco - griſeo, albo - maculato: ſubtus albo, fuſco immixto, Area oculorum corpori concolore. Tengmalm l. cit. p. 294.

*St. Acadienſis*, capite laevi, regione periophthalmica cinerea, corpore ſupra rubro - fuſco maculis albis, ſubtus ſordide albo maculis longitudinalibus ferrugineis. Lath. Ind. I. p. 65.

*Die Acadiſche Eule.* Bechſt. Lath. I. p. 157. t. 5. f. 2.

Habitat in ſuperiori Suecia.

*Magnitudo* exacte Pyrrhulae, capite vero majori, caudaque breviore. Longitudo 5—6 poll. *Caput* nigro - fuſcum, ſupra punctis ſtriisve tenuiſſimis hinc et inde



inde albis, quae circa aures oculosque confertiora ſunt. Area oculorum capiti concolore nec radius ille, quo caeterae notantur ſpecies, apparet. *Dorſum* et *Alae* griſeo-fuſca, maculis lentis vel piſi minoris magnitudine albis. *Alae* complicatae nigro - fuſcae apparent, ſed cum extenſae in medio ſinguli remigis maculae 4. 5 piſiformes albae ſunt. *Pectus* et *Abdomen* alba, fuſco quodam colore irregulariter immixto. *Cauda* cinereo - fuſca taeniis tribus diſtinctis, anguſtis albis, linearum ad inſtar. *Tengmalm.*

## LANIUS.

*Roſtrum* teretiuſculum, dente utrinque verſus apicem incurvum; baſi nudum.

*Lingua* lacera.

37. Lanius *Excubitor*, cauda cuneiformi lateribus alba, dorſo cano, alis nigris macula alba. L. S. N. XII. T. I. p. 135. Fn. Su. 80. Lath. Ind. I. p. 67.

*Lanius cinereus.* Briſſ. Orn. I. p. 197.

*The Greater Butcherbird or Mattageſs.* Will. Orn. p. 87.

*Great Shrike.* Penn. Britt. Zool. I. p. 213. t. 33. Arct. Zool. 2. p. 238.

*Pie - grieche griſe.* Buff. Av. I. p. 296. t. 20.

*Suecis* Warfogel.

Habitat paſſim in ſylveſtribus. Singulari ſonu advenientem Accipitrem indicat, eoque aviculas periculum monet. Ob eandem rationem Falconarii utuntur eo ad Falcones indigitandos, ipſe Aviculis, Muribus victitans.

*Magnitudo* vix Merulae. *Nares* ſetis fere tectae. *Caput*, *Dorſum* cana. *Macula* longa nigra a roſtro per oculos ad aures. *Gula* et totum corpus ſubtus album. *Remiges* 1—9 nigri, a baſi ad medium fere albi, 10 ſimilis

lis prioribus, ſed latere tantum exteriore infra medium albus, 11—13 ſimiles primis. *Cauda* cuneiformis. *Rectrices* intermediae nigrae exceptis ſummis apicibus, laterales quo exteriores eo magis baſi et apice albae, ut extimae tantum in medio nigrae. *Pedes* nigri.

*Foem.* differt tantum lineolis transverſis ſubundulatis pectoris.

38. Lanius *Collurio*, cauda ſubcuneiformi, dorſo griſeo, rectricibus quatuor intermediis unicoloribus, roſtro plumbeo. L. S. N. XII. T. I. p. 137. Fn. Su. 81. fig. 81. Lath. Ind. I. p. 69.

*Collurio.* Briſſ. Orn. I. p. 200. Mas.

*Collurio varius.* Ibid. p. 201. Foem.

*Leſſer Butcherbird.* Will. Orn. p. 88. Mas.

*Hen Butcherbird.* Ibid. p. 89. Foem.

*Redbacked Shrike.* Penn. Britt. Zool. I. p. 215. Arct. Zool. 2. p. 240.

*l'Ecorcheur.* Buff. Av. I. p. 305.

*Lanius ſpinitorquus.* Bechſt. Vög. Deutſchl. I. p. 392. t. 16.

*Scanis* Törnſkata.

Habitat in ſylveſtribus, nidum in frutice non alte conficiens et ova 6 alba rufo-maculata ponens. *Victus* Aviculae, Coleoptera majora, quae ſpina transfigit, ut commodius dilacerari poſſint. N. Act. Suec. 1781. p. 88.

*Mas.* *Roſtrum* nigreſcens conico-cultratum, maxilla ſuperiore longiore utrinque apice emarginata. *Caput* et *Uropygium* cana. *Dorſum* rufo-teſtaceum. *Gula* alba. *Venter* a gula ad ſterni finem ut et latera corporis dilute rubicundo-alba. *Venter* pone ſternum albus. *Linea* a fronte et baſi roſtri per oculos ad aures nigra, et ſupra hanc linea minor alba. *Remiges* nigricantes 3—8 baſi laeviſſime albi, hinc macula alarum alba. *Rectrices* nigrae, at a baſi ad medium ut et apicibus extimis omnes albae, exceptis intermediis quatuor omnino nigris. *Pedes* nigri. *Magnitudo* Pyrrhulae.



*Foem.* *Roſtrum* et facies praecedentis, ſed magnitudine parum inferior. *Caput* griſeo-ferrugineum. *Macula* oblonga ſub oculo, apice antrorſum verſo, rufeſcens. *Dorſum* rufo-teſtaceum lineolis transverſis nigris in ſingula penna prope apicem ſingulis. *Uropygium* griſeum. *Pectus* et *Venter* a gula usque albicantia manifeſta lutei mixtura, lineolis undulatis crebris. *Abdomen* pallidius immaculatum. *Remiges* nigricantes immaculati. *Rectrices* fuſceſcentes margine et apice albae exceptis quatuor intermediis unicoloribus; 10 intermediae aequales, extimo utrinque breviore. Adeoque

*Mas*, rectricibus nigris baſi apiceque albis, intermediis quatuor unicoloribus.

*Foem*, rectricibus fuſceſcentibus margine apiceque albis, intermediis quatuor unicoloribus.

39. Lanius *rufus*, capite colloque rufis, dorſo fronteque nigris, faſcia alarum duplici alba. *Peyrouſe*, N. Act. Suec. 1782. p. 108.

*Lanius rufus.* Briſſ. Orn. I. p. 199.

*L. rutilus*, ſupra tricolor, ſubtus rufeſcente-albus, ſcapularibus totis, rectricibus a baſi ad medium, lateralibus apice albis, faſcia oculari nigra. Lath. Ind. I. p. 70.

*L. Pomeranus*, ſupra niger, ſubtus albus, occipite dorſoque Colli ſaturate ferrugineis nigro circumdatis, alarum maculis utrinque duabus uropygioque albis. Muſ. Carlſſon. I. t. 1.

*L. Collurio.* Bechſt. Vög. Deutſchl. I. p. 387. t. 15.

*Another*

*Another ſort of Butcherbird.* Will. Orn. p. 89.

*Woodchat.* Penn. Britt. Zool. I. p. 217.

*Pie-grieche rouſſe.* Buff. Av. I. p. 301.

Habitat in nemoroſis rarius. Victitat praecipue coleopteris.

*Roſtrum* corneum. *Frons* prope roſtrum alba, ſupra hanc albedinem vero nigra, quae nigredo trans oculos verſus ſcapulas vittam efficit, intra quam *Caput* et *Colli* ſupina pars rufa vel rufo-fuſca. *Dorſum* et *Alae* nigra, ſaepe in fuſcum vergentia. *Faſcia* alba trans alas et alia minor in remigibus primoribus. *Uropygium* cineraſcens. *Gula*, *Pectus*, *Abdomen* flaveſcenti-alba. *Rectrices* dimidiato-albae nigraeque, laterales etiam apice albae, ſed extimae longitudinaliter extrorſum albae.

*Foemina* differt, *capite colloque* ſupra et *dorſo* ruſeſcentibus transverſe fuſco-ſtriatis, *ſubtus* ſordide alba fuſco-ſtriata. *Cauda* ſubrufa, juxta apicem rufum obſolete fuſco-faſciata.

## 2. PICAE.

### CORVUS.

*Roſtrum* convexum, cultratum.

*Nares* pennis ſetaceis recumbentibus obtectae.

*Lingua* cartilaginea, bifida.

*Pedes* ambulatorii.

40. Corvus *Corax*, ater, dorſo atro-coeruleſcente, cauda ſubrotundata. L. S. N. XII. T. I. p. 155. Fn. Su. 85. Lath. Ind. I. p. 150.

*Corvus.* Briſſ. Orn. I. p. 156.

*Raven.* Will. Orn. p. 121. Penn. Britt. Zool. I. p. 218. Arct. Zool. 2. p. 245.

*le Cor-*



*le Corbeau.* Buff. Av. 3. p. 13. t. 2.

*Suecis* Korp. — *Ruſticis Scanis* Ramn.

β. *Corvus Clericus*, macula gulari alba. Muſ. Carlſ. I. t. 2.

Habitat per totam Sueciam vulgaris. Victitat cadaveribus, muribus, ranis, ovis avium, avibus junioribus etc. Avis furto dedita, loqui diſcens. Haud facile occiditur niſi ob remiges graphicam artem exercentibus inprimis utiles.

*Corpus* totum atrum, dorſo parum coeruleſcens. *Remiges* 20, quorum duo primi paulo breviores. *Rectrices* expanſi caudam rotundatam offerunt. Sub gula plerumque cinerea, quae in var. β in majorem maculam albam mutata.

41. Corvus *Corone*, atro-coeruleſcens totus, cauda rotundata, rectricibus acutis. L. S. N. XII. T. I. p. 155. Fn. Su. 86. Lath. Ind. I. p. 151.

*Cornix.* Briſſ. Orn. I. p. 157.

*The common or Carrion Crow.* Will. Orn. p. 122.

*Carrion Crow.* Penn. Britt. Zool. I. p. 219. t. 34. Arct. Zool. 2. p. 246.

*La Corbine ou Corneille noire.* Buff. Av. 5. p. 45. t. 3.

*Suecis* Blåkorp.

Habitat in ſylvis aeſtate, hyeme Cornices ſaepe ſequitur, minus rara apud nos. *Victus* cadavera, Aves, Cancri, Scarabaei, Larvae quas ſub aratione colligit, vermes etc. etiam ſata.

*Corace* dimidio minor forte, tota atro-coerulea, etiam abdomine. *Plumae* ad roſtrum fere detritae.

42. a. Corvus *frugilegus*, ater, fronte cineraſcente, cauda ſubrotundata. L. S. N. XII. T. I. p. 156. Fn. Su. 87. Lath. Ind. I. p. 152.

*Cornix*

*Cornix frugilega.* Briſſ. Orn. I. p. 158.

*Rook.* Will. Orn. p. 123. Penn. Britt. Zool. I. p. 221. Arct. Zool. 2. p. 250.

*le Freux ou la Frayonne.* Buff. Av. I. p. 55.

*Oelandis* Roka. *Scanis* Råka.

Habitat in Oelandia et Scania campeſtri, locis non longe a mari remotis non minus quam in caeteris auſtralibus Provinciis maritimis, ſatae ſegeti noxia avis, victitans frugibus vermibusque, etiam inſectis muribusque, immo ſtercore cadaveribusque. Conjunctim nidificant in arborum cacuminibus.

Monedula parum major. Tota nigra e violaceo ſplendens. *Frons* cineraſcens. *Remiges* 10 — 18 emarginati. *Rectrices* rotundatae, exteriores breviores. *Plumae* capiſtri et frontis pennae ſaepe detritae.

42. Corvus *Cornix*, cineraſcens, capite, jugulo, alis caudaque nigris. L. S. N. XII. T. I. p. 156. Fn. Su. 88. Lath. Ind. I. p. 153.

*Cornix cinerea.* Briſſ. Orn. I. p. 159.

*Royſton Crow.* Will. Orn. p. 124.

*Hooded Crow.* Penn. Britt. Zool. I. p. 223. Arct. Zool. 2. p. 251. Faun. Scot. p. 20. t. 20.

*Corneille mantelée.* Buff. Av. 5. p. 61. t. 4.

*Suecis* Kråka.

Habitat per totam Sueciam communis. *Victus* Semina, Inſecta, Cadavera, Vermes, etiam Teſtacea. Arantes ſequitur. Eradicat gramina ſub quibus Larvae latent et erucas depaſcitur, hinc prata et paſcua ab inſectis graminivoris purgat. Futurae tempeſtatis et venti nuncia in maritimis; reſpicit ſedens adverſus ventum.

*Roſtrum*, *Caput*, *Gula* ad dimidium pectoris, *Alae*, *Cauda*, *Pedes* nigra, caeterum cinerea.





43. Corvus *Monedula*, occipite incano, fronte, alis caudaque nigris. L. S. N. XII. T. I. p. 156. Fn. Su. 89. Lath. Ind. I. p. 154.

*Monedula.* Briſſ. Orn. I. p. 160.

*Jackdaw.* Will. Orn. p. 125. Penn. Britt. Zool. I. p. 230. t. 34. Arct. Zool. 2. p. 251.

*Choucas.* Buff. Av. 3. p. 69. t. 5.

*Suecis* Kaja. *Scanis* Allika.

Habitat paſſim ad urbes et pagos frequens. Autumno migrat e Smolandia, in Uplandia manet et per hyemem gregaria in turribus pernoctat. Victitat Vermibus, Inſectis, Frugibus, Ovis et hyeme Cadaveribus. Loqui diſcit.

*Nigra* Roſtrum, Frons, Gula, Alae, Cauda, Pedes, Remiges et Rectrices. *Albida* Iris Oculorum. *Nigricans* Dorſum, *obſcure cinereum* Pectus, Abdomen.

44. Corvus *glandarius*, tectricibus alarum coeruleis: lineis transverſis albis nigrisque, corpore ferrugineo variegato. L. S. N. XII. T. I. p. 156. Fn. Su. 90. Lath. Ind. I. p. 158.

*Garrulus.* Briſſ. Orn. I. p. 168.

*The Jay.* Will. Orn. p. 130. Penn. Britt. Zool. I. p. 226. Arct. Zool. 2. p. 252.

*Le Geai.* Buff. Av. 3. p. 107. t. 8.

*Suecis* Ållonſkrika, Nötſkrika. *Oſtrogothis* Kornſkrika.

Habitat in ſylvis, inprimis quernis, nidum in fruticibus altioribus ſtruens. Ova ponit 5 l. 6 ſordide vireſcentia fuſco-maculata. Victus hyemalis glandes, nuces, autumnalis Baccae hortenſes et Piſa, reliquo tempore Juniperi baccas, ſemina Inſectaque coleoptera devorat. Aviculas etiam capit nec Turdis laqueari

queari captis parcit. Loqui diſcit. Capitis pennas erigit.

*Caput* griſeo-ferrugineum. *Scapularum* regio et *Pectus* ferruginea. *Abdomen* ſordide albidum. *Frons* ferrugineo-albicans maculis longitudinalibus nigris. *Iris* caeſia. *Maxilla inferior* extus nigra. *Gula* in quibusdam albida. *Roſtrum* nigrum. *Vibriſſae* utrimque ſetis 5—6 nigris. *Lingua* membranacea bifida. *Macula* nigra in genis. *Remiges* nigri, at 1—9 exteriore margine maxima ex parte albi; 10—14 a baſi ultra medium exteriore latere albi; reliqui omnes nigri, quorum per gradus 5 reliquis longiores. *Tectrices* alarum exteriore latere coeruleae lineis transverſis nigris. *Cauda* nigra tectricibus albis. *Criſſum* album.

45. Corvus *Caryocatactes*, fuſcus albo-punctatus, alis caudaque nigris, rectricibus apice albis: intermediis apice detritis. L. S. N. XII. T. I. p. 157. Fn. Su. 91. Lath. Ind. I. p. 164.

*Nucifraga.* Briſſ. Orn. I. p. 171.

*Caryocatactes.* Will. Orn. p. 132.

*Nutcracker.* Penn. Britt. Zool. 2. p. 625. tab. app. 3. Arct. Zool. 2. p. 252. Edw. Av. 5. t. 240.

*Caſſe Noix.* Buff. Av. 3. p. 122. t. 9.

*Suecis* Nötwäcka, Nötkraka.

Habitat in ſylvis. *Victus* Inſecta, Vermes, Baccae, Nuces, Glandes.

*Roſtrum* conicum, ſtrictum, ſine angulis, apice depreſſo et quaſi truncato, baſi ſetis rigidis albis tectum. *Mandibula inferior* intus gibbere inſtructa, cui in *ſuperiori* fovea reſpondet. *Lingua* brevis bifida, laciniis corneis. *Irides* fuſcae. *Caput* ſupra immaculatum. Tota Avis praeterea fuſca macula in ſingula penna alba ovata vel ſub-



ſubtriangula verſus apicem. *Alae* nigrae ſupra nitentes. *Remiges* 5—8 latere interiore macula magna alba marginali, *ſecundarii* omnes apice albi tantum. *Uropygium* nigrum immaculatum. *Criſſum* album. *Cauda* ſubrotunda: rectricibus apice albis: intermediis apice detritis.

46. Corvus *Pica*, albo-nigroque varius, cauda cuneiformi. L. S. N. XII. T. I. p. 157. Fn. Su. 92. Lath. Ind. I. p. 162.

*Pica.* Briſſ. Orn. I. p. 164.

*Magpie or Pianet.* Will. Orn. p. 127. Penn. Britt. Zool. I. p. 225. Arct. Zool. 2. p. 247.

*La Pie.* Buff. Av. 3. p. 85. t. 7.

*Suecis* Skata. *Uplandis* Skjura. *Gotlandis* Skära.

β. glauco-rufeſcens, ubi a nigra. Muſ. Carlſſ. 4. t. 77.

γ. corpore fuliginoſo-alboque vario, oculis rubicundis, roſtro pedibusque nigris. Muſ. Carlſſ. 3. t. 53.

Habitat per totam Sueciam vulgatiſſima, e ſola Lapponia exulans. β hinc inde in Scania et Smolandia viſa. γ e Finlandia. *Victus* Vermes, Inſecta, Quisquiliae praecipue regni animalis, etiam pullos gallinaceos et anſerinos necat.

Notiſſima avis deſcriptione haud eget.

47. Corvus *infauſtus*, dorſo cinereo, rectricibus rufis: intermediis duabus cinereis: faſcia nigricante. Fn. Su. 93. cauda rotundata. Lath. Ind. I. p. 159.

*Lanius infauſtus*, dorſo cinereo: rectricibus rufis intermediis duabus cinereis faſcia nigricante, cauda rotundata. L. S. N. XII. T. I. p. 138.

*Corvus*

*Corvus infauſtus.* Muſ. Carlſſon. 4. tab. 76.

*Suecis* Enskrika, Lappskata, Olycksfogel *Jemtlandis* Rödtjuxa. *Dalekarlis* Laſskrika.

Habitat in ſylvis acerofis praeſertim Lapponiae et Finlandiae. *Victus* Baccae Juniperi, Mures, forte et Aviculae.

Sine dubio ab Auctoribus cum Turdo ſaxatili confuſa, ideo tamen in omnibus Clariſſ. *la* Peyrouse aſſentiri non poſſum *Conf.* N. Act. R. Ac. Sc. Suec. 1782. p. 109. 115.

*Roſtrum* nigrum, craſſum, breve, ſubtrigonum, baſi ſetis albidis tectum, apex utrinque emarginatus. *Lingua* emarginata, lobis bifidis (lamina cornea bifida terminatur Leche). *Nares* ovatae tectae ſetis. *Caput* fuſcum. *Dorſum* pallide cinereum plumis pinnatis, h. e. radiis diſcretis nec contiguis. *Remiges* 18 fuſci, baſi teſtaceo-rufi, tres priores per gradus breviores. *Tectrices* anteriores teſtaceo-rufae. *Cauda* rotundata longitudine corporis, rectricibus lateralibus brevioribus, tota teſtaceo-rufa exceptis intermediis duabus cinereis faſcia nigricante, proxima utrinque apice cinerea, huic proxima vix apice cinerea. *Tectrices* caudae teſtaceo-rufae. *Latera* teſtacea. *Pedes* nigri ungue poſtico majore firmo. *Ungues* omnes compreſſi, medio introrſum emarginati.

Quod a Linné teſtaceo-rufum dicit a Leche fulvum vocatur, qui ſimul addit: *Abdomen, Femora, Caudam* et *Criſſum* pallide rufa eſſe, et *Dorſum* rufo-cinereum. *Pennae* capitis et dorſi tumidulae aeque ac in Corvo glandario, nec appreſſae. *Longit.* 10 poll.

CORA-



## CORACIAS.

*Roſtrum* cultratum apice incurvato, baſi pennis denudatum.

*Lingua* cartilaginea bifida.

*Pedes* ambulatorii.

48. Coracias *Garrula*, coerulea, dorſo rubro, remigibus nigris. L. S. N. XII. T. I. p. 159. Fn. Sv. 94. N. Act. Suec. 1787. p. 108. Lath. Ind. I. p. 168.

*Galgulus.* Briſſ. Orn. I. p. 173.

*Roller.* Will. Orn. p. 131. Penn. Britt. Zool. 2. p. 624. App. 1. 2. Arct. Zool. 2. p. 253. Edw. Av. 3. t. 109.

*le Rollier d'Europe.* Buff. Av. 3. p. 135. t. 10.

*Suecis* Spansk Kråka. *Smolandis* Blåkråka. *Scanis* Ellekråka.

Habitat in Scania occidentali, in Smolandia, Finlandia. Primo vere advenit et incipiente gelu abit. *Victus* Inſecta, Ranae, Lacertae. Avis inter noſtrates ſplendidiſſima et pulcherrima.

*Roſtrum* nigrum apice ſinu obſoleto, qui excipit apicem mandibulae inferioris. *Nares* plumis tectae; inter nares et oculos ſetae 6 rigidae. Area oculorum nuda, in mare verrucis a l. 5 ſub pruritus tempore increſcentibus (*Helenius*). Macula nuda pone aures (*Pennant*). *Caput* ex vireſcenti dilute coeruleum. *Collum* ſupra et *Dorſum* griſeo-ferruginea vel ſordide fulva. *Abdomen* et *Alae* ſubtus dilute coeruleſcentia. *Uropygium* ſubviolaceo-coeruleum. *Alarum* baſis nitidiſſime coerulea. *Tectrices* ſuperiores dilute coeruleae. *Remiges* nigri antice obſcure coeruleſcentes et baſi coerulei. *Rectrices* foeminae aequales, viridi-coeruleſcentes apice albidiores, maris exteriores longiores apice nigrae, ſed mediae unicolores. *Lingua* lacera.

 ORIO-

## ORIOLUS.

*Roſtrum* conicum, convexum, acutiſſimum, rectum; mandibula ſuperiore paulo longiore, obſolete emarginata.

*Lingua* bifida, acuta.

*Pedes* ambulatorii.

49. Oriolus *Galbula*, luteus, loris artubusque nigris, rectricibus exterioribus poſtice flavis. L. S. N. XII. T. I. p. 160. Lath. Ind. I. p. 186.

*Coracias Oriolus*, flava, alis caudaque nigris. Fn. Su. 95.

*Ampelis flava*, artubus nigris, rectricibus exterioribus poſtice flavis. Act. Suec. 1750. p. 127. t. 3. f. 5.

*Oriolus.* Briſſ. Orn. I. p. 247.

*Wittwall.* Will. Orn. p. 198.

*Golden Truſh*, *Icterus.* Edw. Av. 4. t. 185.

*Oriole.* Penn. Britt. Zool. 2. p. 626. App. tab. 4. Arct. Zool. 2. p. 343.

*Loriot.* Buff. Av. 3. p. 254. t. 17.

*Suecis* Sommarguling, Gultraſt, Gylling.

Habitat in Finlandia. *Victus* Inſecta, Vermes, Baccae. Nidum artificioſe contextum ſuſpendit e ramis, introitu laterali. Majo menſe ad finem vergente advenit, et initio Septembris iterum abit. Conf. *Act. Suec.* l. cit. et *N. Act.* 1786.

*Roſtrum* rufum ſinu utriusque maxillae ad apicem, a naribus ad apicem angulatum. *Nares* ovatae, patulae, nudae. *Lingua* bifida, apice membranacea, lacera. *Caput*, *Collum*, *Dorſum*, *Abdomen*, *Uropygium*, *Criſſum*, *Tectrices* alarum inferiores, citrina. *Alae* nigrae praeter maculam e ſex tectricibus factam flavam, et margines albidos remigum. *Rectrices* 6. 6. nigrae, reliquae nigrae apicibus flavis.

CUCU-



## CUCULUS.

*Roſtrum* teretiuſculum.

*Nares* margine prominulae.

*Lingua* ſagittata, plana, integra.

*Pedes* ſcanſorii.

50. Cuculus *canorus*, cauda rotundata nigricante albopunctata. L. S. N. XII. T. I. p. 168. Fn. Su. 96. Lath. Ind. I. p. 207.

*Cuculus.* Briſſ. Orn. 2. p. 70.

*Cuckow.* Will. Orn. p. 97. Penn. Britt. Zool. I. p. 252. t. 36. foem.

*European Cuckoo.* Penn. Arct. Zool. 2. p. 266.

*Coucou.* Buff. Av. 6. p. 305.

*Suecis* Gök, *Lappis* Geeka.

Habitat per totam Sueciam vulgaris. Mores ejus bene obſervarunt Lottinger *der Kukuk* Argentor. 1776. Bechstein Vög. Deutſchl.

Mas. *Roſtrum* curvatum. *Nares* marginatae puncto centrali. *Irides* flavo-fuſcae. *Palpebrae* luteae. *Caput*, *Dorſum*, *Alae* cineraſcenti-cana. *Collum* cinereum. *Abdomen* et *Femora* alba lineis transverſis nigris. *Criſſum* ſordide teſtaceum. *Remiges* nigreſcentes, 10 priores interiore latere albo-maculati, maculis numero decreſcentibus. *Rectrices* 10 nigrae maculis parvis albis alternis juxta rachin et marginem apice etiam albidae, intermediae ſolo apice albae. *Pedes* lutei.

Foemina inprimis differt ſtriis rufis crebris *Colli* et *rectricibus* rufo nigroque faſciatis alboque maculatis.

Junior Avis aliis coloribus variat, ſcil. ferrugineo, fuſco, nigro alboque variegata.



51.

51. Cuculus *hepaticus*, cauda cuneiformi, corpore brunneo nigroque undulato, uropygio ferrugineo, roſtro alarum apicibus caudaeque faſciis nigris, ſubtus albicans nigro-undulatus, pedibus flavis. Lath. Ind. I. p. 215. Muſ. Carlſon. 3. t. 55.

*Cuculus canorus rufus.* Lath. Ind. I. p. 209. β

*C. rufus.* Bechſt. Lath. 2. p. 449. Bechſt. Vög. Deutſchl. I. p. 495.

Habitat in Dalekarlia D. Lindroth, in Scania *Comes* H. G. Wachtmeister. Mores ignoti. An revera diſtincta ſpecies?

Praecedenti minor, at *Caput* et *Cauda* relative majora. *Roſtrum* etiam nonnihil majus. *Caput*, *Collum*, *Dorſum*, *Alarum tectrices* ruſo-brunnea faſciis nigris aequalibus. *Gula* et *Jugulum* flaveſcentia, dehinc ſubtus tota alba nigreſcenti undulata. *Remiges* nigreſcentes faſciis dimidiato-ruſo-albisque faſciatis in primoribus. *Uropygium* et *Cauda* magis rufeſcunt. *Rectrices* faſciis nigris in angulum coeuntibus, rachides albae, ultima faſcia latior, apice albent.

## I Y N X.

*Roſtrum* teretiuſculum, acuminatum.

*Nares* concavae, denudatae.

*Lingua* teres, lumbriciformis, longiſſima, apice mucronata.

*Pedes* ſcanſorii.

52. Iynx *Torquilla*. L. S. N. XII. T. I. p. 172. Fn. Su. 97. t. 1. f. 97. Lath. Ind. I. p. 223.

*Iynx.* Rudb. Lapp. p. 66. t. 66.

*Torquilla.* Briſſ. Orn. 2. p. 43.

*Wryneck.* Will. Orn. p. 138. Penn. Britt. Zool. I. p. 137. t. 36. Arct. Zool. 2. p. 267.





*Torcol.* Buff. Av. 7. p. 84. t. 3.

*Suecis* Göktyta. *Smolandis* Südergök.

Habitat in truncis arborum putreſcentium, Inſecta praecipue Formicas Larvasque legens, ova 6 menſe Majo ponens, voce canorus, collum undique contorquens, adventantes Accipitres Paſſeribus indicans.

Avis pulchre variegata cinereo, nigro, ferrugineo et albido. *Roſtrum* rectum. *Irides* flaveſcentes. *Caput* et *Collum* cinerea lineolis albis ferrugineisque transverſis undulatis. A vertice verſus dorſum faſcia obſoleta obſcurior ex nigro et ferrugineo. *Remiges* fuſceſcentes ferrugineo-teſſellati in complicatis alis. *Jugulum* et *Pectus* pallide ferruginea maculis nigris acutis. *Rectrices* 10 aequales, apicibus rotundatis, cinereae, nigro ferrugineoque variegatae faſciisque 4 nigris ſubdeliqueſcentibus; praeterea una utrinque breviſſima vix obſervanda. *Bechſtein.* *Pedes* cinereo-fuſci. Pennas verticis inſtar criſtae erigere valet.

## P I C U S.

*Roſtrum* polyedrum, rectum, apice cuneato.

*Nares* pennis ſetaceis recumbentibus tectae.

*Lingua* teres, longiſſima, lumbriciformis, mucronata, apice retrorſum aculeata ſetis.

*Pedes* ſcanſorii.

*Rectrices* acutae, rigidae.

53. Picus *martius*, niger, pileo coccineo. L. S. N. XII. T. I. p. 173. Fn. Su. 98. Lath. Ind. I. p. 224.

*Picus niger.* Briſſ. Orn. 2. p. 47.

*The greateſt black Woodpecker.* Will. Orn. p. 135.

*Black Woodpecker.* Penn. Arct. Zool. 2. p. 276.

*Pic noir.* Buff. Av. 7. p. 41. t. 2.

*Suecis* Spillkråka, Tillkråka. *Gottlandis* Toile.

Habitat in arboribus antiquis aridis.

*Corpus* totum atrum, in foemina aliquantum ad fuſcum vergens. A baſi roſtri ad occiput *macula* oblonga purpurea, foeminae vero nucha tantum rubra. *Irides* ſtramineae. *Roſtrum* et *Pedes* nigro-coeruleſcentes.

54. Picus *viridis*, vertice coccineo. L. S. N. XII. T. I. p. 175. Fn. Su. 99. Lath. Ind. 2. p. 234.

*Picus viridis.* Briſſ. Orn. 2. p. 44.

*The green Woodpecker or Woodſpite.* Will. Orn. p. 135.

*Green Woodpecker.* Penn. Britt. Zool. I. p. 240. Arct. Zool. 2. p. 277.

*Pic verd.* Buff. Av. 7. p. 7. t. 1.

β. *P. Norvegicus*, coeruleo-viridis, capite collo corporeque ſubtus cinereis, uropygio luteo, loris myſtacibusque nigris. Lath. Ind. I. p. 236.

*P. viridis Norwegicus.* Briſſ. Orn. 2. p. 46.

*Greyheaded Woodpecker.* Penn. Arct. Zool. 2. p. 277.

*Greyheaded Green Woodpecker.* Edw. Av. 2. t. 65.

*Suecis* Wedknarr, Grönſpik, Gröngöling. *Scanis* Gyllenrenna.

Habitat in exaridis arboribus.

*Roſtrum* trigonum, acutum. *Lingua* intra vaginam cylindricam retractilis. *Irides* rubeſcentes. *Pileus* coccineus, fundo caneſcente tamen conſpicuo, in aliis immaculatus, in aliis albo vel nigro-maculatus. *Area* oculorum et faſcia a maxilla inferiore ad aures nigra vel nigro-punctata. Interdum ſub hac faſcia linea rubra, quae in aliis ipſam faſciam quoad partem percurrit. *Dorſum* viride, *uropygium* flaveſcenti-viride. *Venter*,

*Criſſum*,



*Criſſum*, *Femora* ſordide albida cum virore quodam et lineis undulatis. *Remiges* exteriore latere virides, interiore nigri maculis albis, tribus extimis exceptis, in quarum exteriore latere maculae albeſcentes. *Rectrices* nigricantes cum virore verſus baſin et maculis cineraſcentibus. *Pedes* ſubvireſcentes.

β. Foemina junior ex obſervationibus *Cl.* Bechstein.

55. Picus *major*, albo nigroque varius, criſſo occipiteque rubris. L. S. N. XII. T. I. p. 176. Fn. Su. 100. Lath. Ind. I. p. 228.

*P. varius major.* Briſſ. Orn. 2. p. 51.

*Greater ſpotted Woodpecker or Witwall.* Will. Orn. p. 137. Penn. Britt. Zool. I. p. 245. Arct. Zool. 2. p. 272.

*Epeiche or Pic varié.* Buff. Av. 7. p. 57.

*Suecis* Hackſpett, Hackſpik, Skogsſkata.

Habitat in ſylvis vulgaris.

*Obs.* Conjungunt alii hanc cum ſequente, vel ſaltem pro varietate habent. Diſtinguit Cel. Ornithologus Bechstein in edit. german. Synopſis Lathamianae.

*Roſtrum* angulatum fortius apice compreſſo. *Frons* mox ſupra roſtrum ferruginea. *Caput* nigrum, maculis in mare occipitis coccineis. *Tempora* alba et dehinc linea alba ſub oculos ad frontem ferrugineam. Sub hac linea a roſtro faſcia nigra ad nucham, colli latera et dorſum. *Macula* alba utrinque ad collum. *Subtus* ſordide albus, *criſſum* vero rubrum. *Remiges* nigri maculis albis utrinque 3—6 excepto primo, cui maculae in interiori latere. *Scapulares* albi. *Rectrices* 4 mediae nigrae, longiores acutae, laterales nigrae maculis et apicibus albidis, binae ſpuriae vix obſervandae nigrae. *Foemina* caret rubedine capitis.

56.

56. Picus *medius*, albo nigroque varius, criſſo pileoque rubris. L. S. N. XII. T. I. p. 176. Fn. Su. 101. Lath. Ind. I. p. 229.

*P. varius.* Briſſ. Orn. 2. p. 52.

*Middle Woodpecker.* Penn. Britt. Zool. I. p. 244. t. 37.

*Middle ſpotted Woodpecker.* Arct. Zool. 2. p. 278.

*Suecis* nomina antecedentis.

Habitat in ſylvis ubique.

Vix tertia parte praecedente minor, differt praecipue *pileo* rubro, et macula oblonga alba ad oculos incipiens et ad colli latera deſcendens, nigra circumdata. *Rectrices* 1, 2 ab apice albae nigro-faſciatae, 3 nigra maculis quatuor albis, 4, 5 albae immaculatae. *Foeminae* caput nigrum, at aetate provectior interdum maculis rubris ornatur.

57. Picus *minor*, albo nigroque varius, vertice rubro, criſſo teſtaceo. L. S. N. XII. T. I. p. 177. Fn. Su. 102. Lath. Ind. I. p. 229.

*P. varius minor.* Briſſ. Orn. 2. p. 53.

*The Leſſer ſpotted Woodpecker*, or *Hickwall.* Will. Orn. p. 138.

*Leſt ſpotted Woodpecker.* Penn. Britt. Zool. I. p. 245. t. 37. Arct. Zool. 2. p. 278.

*Petit Epeiche.* Buff. Av. 7. p. 62.

Habitat in Scaniae ſylvis.

Magnitudo Paſſeris. *Vertex* ruber maris, albus foeminae. *Nucha* nigra ut et *Colli* tergum, quae nigredo per lineam nigram jungitur. *Frons* teſtacea ut et *collum* ſubtus ac *Abdomen.* Macula alba ſupra oculos. *Tempora* teſtacea et dehinc linea latiuſcula cum ſtria nigra ad nigrum dorſi tendunt. *Alae* nigrae ordinibus ſex macularum albarum. *Dorſum* nigrum albo-maculatum vel



vel faſciatum. *Rectrices* 4, 5 acutae nigrae, 1, 2, 3 rotundatae ſeminigrae, maculis parvis nigris in alba parte.

58. Picus *tridactylus*, albo nigroque varius, pedibus tridactylis. L. S. N. XII. T. I. p. 177. Fn. Su. 103. Act. Ac. Suec. 1740. p. 214. Lath. Ind. I. p. 243.

*P. varius cayennenſis.* Briſſ. Orn. 2. p. 57.

*Three-toed Woodpecker.* Penn. Arct. Zool. 2. p. 275. Edw. Av. 3. t. 114.

*Epeiche* ou *Pic varié ondé.* Buff. Av. 7. p. 78.

Habitat in ſylvis Dalekarliae, Uplandiae, Sudermanniae, Weſtrogothiae.

*Pileus* maris luteus, foeminae niger albo-lineatus. *Collum* ſupra et lateribus nigrum, ut a ſinu oris linea alba deſcendit, et alia a poſtico oculi cantho, quae in nucha conjungitur, et in aliis ſpeciminibus usque ad caudam per dorſum deſcendit. *Dorſum* nigrum. *Pectus* et *Abdomen* album nigro-maculata. *Remiges* nigri maculis albis. *Tectrices* alarum nigrae, interdum albo-maculatae. *Rectrices* 12. 1, 1 ſpuriae 2, 2, 3, 3 apice rotundatae, nigrae maculis albis ab utraque rachidis latere, reliquae acutae, nigrae et immaculatae. *Digiti* tres tantum, poſtico majore.

*Obs.* Iyngi, Picis, Upupae, Certhiae rectrices tantum decem tribuuntur, at nonnullis harum revera duodecim, licet extima utrinque adeo parva, ut difficile obſervetur: forte et reliquis idem numerus, quod ulterius examinari debet in vivis avibus vel nuper necatis. Spurias has dixi.

SITTA.

## S I T T A.

*Roſtrum* ſubulatum, teretiuſculum, rectum, porrectum, integerrimum, mandibula ſuperiore paulo longiore: apice compreſſo.

*Lingua* emarginata lacera.

*Nares* vibriſſis tectae.

*Pedes* ambulatorii.

59. Sitta *europaea*, rectricibus nigris: lateralibus quatuor infra apicem albis. L. S. N. XII. T. I. p. 177. Fn. Su. 104. Lath. Ind. I. p. 261.

*Sitta.* Briſſ. Orn. I. p. 474.

*Nuthatch or Nutjobber.* Will. Orn. p. 142.

*Nuthatch.* Penn. Britt. Zool. I. p. 255. t. 38.

*Sittelle* ou *Torchepot.* Buff. Av. 5. p. 460. t. 20.

*Suecis* Nötwäcka, Nötpacka.

Habitat in tectis, parietibus, truncisque arborum, larvis inſectisque victitans. Nuces pro hyeme colligit, perſodit. Nidum ſtruens, reperto congruo foramine arboris, illud limo oblinit, ut commode intrare tantum poſſit.

*Caput* cinereum, linea atra latitudine roſtri a naribus ad nucham. *Irides* fuſcae. *Lingua* cartilaginea, plana, triſido-lacera. *Collum*, *Dorſum*, *Tectrices* alarum ſuperiores et *Uropygium* cano-coeruleſcentia. *Gula*, *Pectus*, *Abdomen* alba ad rufum vergentia. *Tectrices* inferiores rectricum et abdominis latera maculis ferrugineis et albis tincta. *Remiges* cinerei 17, primi 6 a baſi ad quartam fere partem albi. *Tectrices* ſubalares albido-cinereae macula alba. *Cauda* integra mollis. *Rectrices* 12, quarum 4 extremae ſignatae ſunt macula alba apicem verticaliter ad dimidiam partem ſecante, 2 proximae nigrae apice intus albae, ſequentes 2 nigrae apice cine-



cinereae, intermediae dorſo concolores. *Pedes* flaveſcentes.

## U P U P A.

*Roſtrum* arcuatum, convexum, ſubcompreſſum obtuſiuſculum.

*Lingua* obtuſa, integerrima, triquetra, breviſſima.

*Pedes* ambulatorii.

60. Upupa *Epops*, criſtata, variegata. L. S. N. XII. T. I. p. 183. Fn. Su. 105.

*U. Epops*, nigricante et rufo-albo variegata, ſubtus ruſeſcens, criſta rufeſcente apice nigra, cauda nigra faſcia alba. Lath. Ind. I. p. 277.

*Upupa.* Briſſ. Orn. I. p. 285. Charl. Onom. p. 92. t. 93. Exerc. p. 98. t. 99.

*The Hoop or Hoopoe.* Will. Orn. p. 145.

*Hoopoe.* Penn. Britt. Zool. I. p. 257. t. 39. Arct. Zool. 2. p. 283. Edw. Av. 7. t. 345.

*La Hupe* ou *Puput.* Buff. Av. 6. p. 439.

*Suecis* Härfogel. *Scanis* Popp.

Habitat in ſylvis, ſono proprium nomen recitans, unde facile dignoſcitur. Ova ponit 2—7 cinerea in cavis arborum, in terra, in ſepium foraminibus. Vermibus in inſectis victitans illa etiam in ſtercore, cadaveribus quaerit, et nidum haud ab excrementis purgat, unde foetor Avis. Terrefacta criſtam erigit.

*Roſtrum* nigricans. *Criſta* alta, plicatilis, ſordide aurantia, apicibus nigris. *Collum* et *Pectus* flaveſcunt. *Dorſum* albo, nigro flavoque mixtum. *Abdomen* albidum. *Tectrices* alarum ferrugineae. *Remiges* nigri, 1 brevior 2—6 aequales faſcia transverſa nivea, 7 brevior macula magna nivea in interiore latere, 8 margine exte-

exteriore maculis tribus niveis triangularibus et una li-neari verſus apicem, 9—10 faſciis quatuor albis tranſverſis, 18 macula alba verſus apicem. *Rectrices* 10 aequales, nigrae faſcia alba verſus baſin ex macula ſingulae pennae lunulata: extima utrinque a latere interiore macula nivea.

## CERTHIA.

*Roſtrum* arcuatum, tenue, ſubtrigonum, acutum.

*Lingua* acuta.

*Pedes* ambulatorii.

61. Certhia *familiaris*, griſea, ſubtus alba, remigibus fuſcis macula alba, rectricibus decem. L. S. N. XII. T. I. p. 184. Fn. Su. 106. Lath. Ind. I. p. 280.

*Certhia.* Briſſ. Orn. 2. p. 2.

*Creeper.* Will. Orn. p. 144. Penn. Britt. Zool. I. p. 260. t. 39.

*European Creeper.* Penn. Arct. Zool. 2. p. 285.

*Le Grimpereau.* Buff. Av. 5. p. 481. t. 21.

*Suecis* Kryparc. *Scanis* Trädkryparé.

Habitat in arborum truncis, inque earum rimis legit Inſectorum ova et larvas, hominem minus metuens quam aliae aviculae. Ova usque ad viginti.

*Supra* variegata ex fuſco, ferrugineo et albo; ſingula enim penna in medio maculam oblongam albam habet, quae ab uno latere pallide ferrugineo, ab altero fuſco circumdatur. *Subtus* alba. *Remiges* fuſci apice albidi, a quarto ad penultimum maculam transverſam flavidam habent, unde in compoſita ala faſcia ſerrata aſcendens. Sub hac aliquid nigri. Rectrices 10, acutae. *Cauda* cuneata, rigida, flaveſcenti-nigricans, margine exteriore albido.





## 3. ANSERES.

## ANAS.

*Roſtrum* lamelloſo-dentatum, convexum obtuſum.

*Lingua* obtuſa, ciliata.

62. Anas *Cygnus*, roſtro ſemicylindrico atro, cera flava, corpore albo. Lath. Ind. 2. p. 833.

*A. Cygnus.* L. S. N. XII. T. I. p. 194. I. α. Fn. Su. 107. α.

*Cygnus ferus.* Briſſ. Orn. 6. p. 439.

*Wild Swan, Elk, Hooper.* Will. Orn. p. 356.

*Wild Swan.* Penn. Britt. Zool. 2. p. 562. Edw. Av. 3. t. 150.

*Whiſtling Swan.* Penn. Arct. Zool. 2. p. 541.

*Cygne ſauvage.* Buff. Av. 9. p. 3.

Habitat in mari inter Scaniam et Seelandiam. In lacu fere exſiccato Rörſjön prope Malmogiam pullos quotannis excludit, quos volatu aptos ſecum in mare ducit.

Minor ſequente 15—16 libr., totus albus interdum in dorſo cinerei quid habens. *Roſtrum* ad nares usque nigrum; baſis vero et ſpatium inter roſtrum et oculos flava, qualem etiam colorem habent *palpebrae*. Pedes nigri.

Conjunxit hanc cum ſequente a Linné, diſtinguunt omnes recentiores. Diverſas earum ſtationes obſervare non licuit, num una vel utraque aeſtate ſit fluviatilis vel lacuſtris.

63. Anas *Olor*, roſtro ſemicylindrico rubro, baſi tuberculo carnoſo nigro, corpore albo. Lath. Ind. 2. p. 834.

*Anas Cygnus.* L. S. N. XII. T. I. p. 194. I. β. Fn. Su. 107. β.

*Cygnus.* Briſſ. Orn. 2. p. 438.

*Tame Swan.* Will. Orn. p. 355. Penn. Britt. Zool. 2. p. 564. Edw. Av. 3. t. 150. *caput.*

*Mute Swan.* Penn. Arct. Zool. 2. p. 543.

*Cygne.* Buff. Av. 9. p. 3. t. 1.

*Suecis* Tam Swan.

Habitat . . . . An haec vel praecedens quae Lapponiae fluvios inhabitat?

Praecedente major, ad 20 libras. *Roſtrum* rubrum margine et ungue nigris. Ad baſin roſtri *Cera* nodoſa nigra. Spatium inter roſtrum et oculos triangulum nigrum.

64. Anas *Tadorna*, roſtro ſimo, fronte compreſſa, capite nigro-vireſcente, corpore albo variegato. L. S. N. XII. T. I. p. 195. Fn. Su. 113. Lath. Ind. 2. p. 854. Linn. it. Scan. 212.

*Jugäs.* Linn. it. Gottl. p. 214.

*Tadorna.* Briſſ. Orn. 2. p. 453.

*Sheldrake* or *Burrough Duck.* Will. Orn. p. 363.

*Shieldrake.* Penn. Britt. Zool. 2. p. 589. Arct. Zool. 2. p. 572.

*Tadorne.* Buff. Av. 9. p. 205. t. 14.

*Suecis* Graſgås, Brandgås. *Gottlandis* Jugås.

Habitat in mari Balthico et occidentali. Plumae molliſſimae ut in Anate molliſſima.

Mas. *Roſtrum* rubrum baſi caruncula compreſſa, verno tempore inprimis conſpicua. *Caput* et ſuprema *Colli* pars nigro-vireſcens, inferior vero alba. *Pectus* et *Humeri* faſcia lata ferrugineo-fulva. *Tectrices* alarum et media *dorſi* pars alba. *Scapulares* ſuperiores nigrae, inferiores albae. *Abdomen* album longitudinaliter nigrum,



grum. *Remiges* primores nigri, ſecundarii 12 latere exteriore viridi-aurei, reliqui albi. *Tectrices* caudae albae. *Cauda* alba, apice nigra excepto ultimo rectricum pari unicolore. *Uropygium* flavicans. *Pedes* carnei. *Femora* ſupra genua nuda.

Foemina, minor, alba. *Caput* et *Colli* ſuperior pars ſubcinerea. *Venter* longitudinaliter cinereo-maculatus. *Remiges* verſus apices ferruginei, hinc macula transverſa alarum lata ferruginea. *Roſtrum* anſeris domeſtici, ſed magis ſimum.

Varietatem memorat Brünn. Orn. bor. p. 12. remigibus exceptis extimis apice albis.

Foeminam mari ſimillimam omnibus, coloribus minus vividis ait Latham l. cit.

65. Anas *ſpectabilis*, roſtro baſi gibbo compreſſo; carina pennacea nigra, capite caneſcente. L. S. N. XII. T. I. p. 195. Fn. Su. 112. Fabr. Fn. Groenl. 59. Muſ. Carlſſ. 2. t. 39. Lath. Ind. 2. p. 845.

*Anas freti Hudſonis.* Briſſ. Orn. 2. p. 458.

*King-Duck.* Penn. Arct. Zool. 2. p. 554.

*Greyheaded Duck.* Edw. Av. 3. t. 154.

*Hav-Orre.* Leem. Lapl. 274. t. 98.

*Den puckelnebbede Ejderfugl.* Fabricius: Nat. Hiſt. Selſk. Skrift. 2. 2. p. 56. t. 9. foem.

*Canard à tete griſe.* Buff. Av. 9. p. 253.

Habitat in mari Balthico et ſuperiore rarius.

Mas. *Roſtrum* fuliginoſo rubrum, medio flaveſcens, baſi caruncula gibba, compreſſa, rubra, quae criſta pennacea nigra dividitur in duas orbitas. *Caput* ſupra canum. *Genae* virideſcentes. *Area* circa oculos parva nigra, quae nigredo interdum modo ſub oculos cernitur. Supra oculos *linea alba*, quae canum capitis ſequitur. Sub

Sub gula *linea atra* incipit, quae verſus nucham tendit. *Collum, Pectus, Dorſi* initium alba, interdum cum flavedine. *Macula* alarum anterior et Uropygii lateralis alba. *Pedes* rubri vel flavi. Reliqua nigra. *Remiges* ſecundarii deorſum falcati ex obſervatione SPALLANZANI.

Foemina vix minor, *caruncula* nulla, *carina* autem pennacea latior, quae ceram rugoſam dividit. *Roſtrum* nigrum. *Pedes* obſcuriores. Tota Avis ex brunneo nigroque maculata, ſingula penna brunnea medio nigra; pallidiora tamen ſunt *latera capitis, colli* et *gula*. *Abdomen* ſubfuſcum. *Remiges* etiam, ſed 15—20 apice albi, ut etiam tectrices proximae, unde faſciae binae albae in ala. *Cauda* fuſco - nigricans.

Mares juniores foeminae fere concolores, caruncula caret. *Tab.* 40. *Muſ. Carlſſ.* ad aliam ſpeciem pertinet. FABRICIUS juniorem Marem Anatis Molliſſimae ſuſpicatur.

66. ANAS *fuſca*, nigricans, palpebra inferiore ſpeculoque alarum albis. L. S. N. XII. T. I. p. 196. Fn. Su. 109. Lath. Ind. 2. p. 848.

*Swärta.* It. Gotl. p. 215. 271. N. Act. Suec. 1785. p. 391.

*Anas nigra major.* Briſſ. Orn. 2. p. 472.

*Aldrovandus his Black Duck.* Will. Orn. p. 363.

*Velvet Duck.* Penn. Britt. Zool. 2. p. 583. t. 96. Arct. Zool. 2. p. 555.

*Double Macreuſe.* Buff. Av. 9. p. 242.

*Sie - Orre, Anas fera fuſca.* Gunner: Act. Nidr. I. p. 259. t. 5.

*Suecis* Swärta; Mas Swärtkarl *Wermdöenſibus.*

Habitat in utroque Mare.

Mas. Magnitudine circiter Anſeris minoris. *Roſtrum* anſerinum flavum vel incarnatum lateribus flavum, ad



ad baſin vero nigrum et gibbum. *Macula* alba pone oculos vel ſub. *Caput* et *Collum* nigra viridi - nitentia. *Corpus* totum nigrum. *Remiges* primores nigri, uno vel altero e ſecundariis albo et tectricibus etiam, unde macula alba. *Cauda* brevis. *Pedes* rubri membrana nigra.

Foemina. *Roſtrum* fuſcum absque gibbo. Pone oculos *macula* albida. *Corpus* fuſcum pennarum apicibus pallidioribus. *Remiges* 10 primores nigri, 11 niger macula alba. 12—20 albi apicibus obſcuris. 21 ſimilis 11. *Pedes* et *cauda* maris.

67. ANAS *nigra*, roſtro baſi gibbo, corpore toto nigro. L. S. N. XII. T. I. p. 196. Fn. Su. 110. Lath. Ind. 2. p. 848.

*Anas nigra.* Briſſ. Orn. 2. p. 471.

*Black Diver* or *Scoter.* Will. Orn. p. 366.

*Scoter.* Penn. Britt. Zool. 2. p. 584. Arct. Zool. 2. p. 556.

*Macreuſe.* Buff. Av. 9. p. 234. t. 16.

Habitat aeſtate in Lapponia. Prope Lund capta d. 3. Oct. 1783.

*Mas* totus niger, at *Caput* et *Collum* purpuraſcenti-nitida. *Roſtrum* nigrum medio flavum, baſi caruncula compreſſa bifida viridi - nigreſcente (PENNANT) rubra (LINNE', *Nos*), *ungue* caret aeque ac foemina. *Cauda* ſubcuneiformis, rectricibus 16 acutis. Pedes nigreſcentes.

*Foemina* fuſca, caret gibbo roſtri, abdomine pallide maculato.

68. ANAS *Marila*, nigra, humeris cinereo - undulatis, abdomine ſpeculoque alarum albis. L. S. N. XII. T. I. p. 196. Fn. Su. 111. Lath. Ind. 2. p. 853.

*Glaucium minus ſtriatum.* Briſſ. Orn. 2. p. 470.

 *Scaup*

*Scaup Duck.* Will Orn. p. 365. Penn. Britt. Zool. 2. p. 586. t. 100. Arct. Zool. 2. p. 565.

*Le Millouinan.* Buff. Av. 9. p. 229.

*Kagolka.* Lepechin it. 3. p. 223. t. 10.

β. *Anas fraenata*, fuſco - ferruginea, ſpeculo alarum, abdomine capitisque annulo ad roſtri baſin albis. Muſ. Carlſſ. 2. t. 38. *foemina.*

Habitat in Lapponia *D. C.* Solander.

Magnitudo vix Anatis Boſchae. *Roſtrum* craſſum. Nigra ſunt Roſtrum, Caput, Collum, Pectus, Thorax, Cauda, Uropygium, Criſſum, Remiges extus, Pedes. *Alba* macula Alarum, Abdomen quod poſtice nudatum aeque ac femora. *Dorſum* ex albo vel cinereo et nigro undulatum. *Remiges primores* primi nigri, ſequentes intus albidi, *ſecundarii* albi apice nigri.

*Foemina* fuſca, thorace et anterioribus corporis griſeo - fuſcis. Speculum alarum album utrinque nigrum.

69. Anas *ruficollis*, capite dorſo alis caudaque nigris, jugulo rufo faſcia alba circumdato, macula inter roſtrum et oculos alba paroticaque ruſeſcente.

*A. ruficollis*, ſupra nigra, corpore ſubtus macula ante oculos ſtrigaque longitudinali colli utrinque albis. Lath. Ind. 2. p. 841.

*Anſer ruficollis.* Pall. Spicil. Zool. VI. p. 21. t. 4. ejusd. it. Roſſ. 3. p. 701.

*Redbreaſted Gooſe.* Penn. Arct. Zool. 2. p. 571.

Habitat. — Viva capta ſub initio Octobris 1793 prope Lund. Mox cicur. Frumentum recuſabat, at Braſſicae foliis conciſis veſcebatur.

Bene ſatis cum deſcriptione ill. Pallas l. cit. data convenit, at in nonnullis differt noſtra. Sic minor multo, 20 poll, longa et pond. $1\frac{1}{2}$ librae, nec cum Anate canadenſi



denſi comparanda. Forma anatina nec anſerina, qualem offert figura *Pall. Frontis* albedo nulla. Nigredo *mentum* tantum ſubtus occupat nec ſub collo deſcendit. Magna macula alba inter baſin roſtri et oculos. Alia major ab oculis ad medium colli deſcendit, quae tamen quoad maximam partem tegitur macula griſea medio rubicunda. Color *Juguli* ferrugineo - cinnamomeus taenia alba nigro irregulariter ſtriata cingitur. *Cauda* aequalis nigra rectricibus XV. apice parum albis. *Femora* albo nigroque variegata. Forte foemina et ſpecimen ill. Pallas Mas.

70. Anas *Anſer*, roſtro ſemicylindrico, corpore ſupra cinereo ſubtus pallidiore, collo ſtriato. L. S. N. XII. T. I. p. 197. Fn. Su. 114. Lath. Ind. 2. p. 841.

α. *Anſer ſylveſtris.* Briſſ. Orn. 2. p. 432.

*The common wild Gooſe.* Will. Orn. p. 358.

*Grey Lag.* Penn. Britt. Zool. 2. p. 570. Arct. Zool. 2. p. 546.

*Oye ſauvage.* Buff. Av. 9. p. 30. t. 2.

*Suecis* Wildgås, Grågås.

β. *Anſer domeſticus.* Briſſ. Orn. 2. p. 431.

*The tame Gooſe.* Will. Orn. p. 358. Penn. Britt. Zool. 2. p. 571.

*Suecis* Tam Gås; *mas* Gåskarl. *Scanis* Gaſſe; Pullus. *Scanis* Gåsling.

Habitat α. praecipue in Lapponiae fluviis aeſtate, primo vere accedens, verſus hyemem diſcedens. β. ubique praeſertim in Scania domeſticus.

Pondus 9 — 10 libr. *Roſtrum* rubrum lateribus flavum, ungue albido. *Caput* et *Collum* cinerea. *Humeri* et *Interſcapulium* fuſco - cinerea ſtriata. *Dorſum* inferius vel cinereum vel canum albo pennarum margine. *Remiges*

ges *primores* nigri rachi alba. *Latera* fuſco-cinereo-ſtriata. *Abdomen* cinereum. *Criſſum* et regio inter femora alba. *Uropygium* fuſco-cinereum. *Rectrices* 18 extimae albae, interiores uropygio concolores albis apicibus.

71. Anas *albifrons*, cinerea, fronte alba. Lath. Ind. 2. p. 842.
*A. Erythropus foemina.* Fn. Su. 116.
*A. ferus.* Brünn. Orn. bor. p. 13. no. 53. 54.
*Anſer ſeptentrionalis ſylveſtris.* Briſſ. Orn. 2. p. 433.
*White-fronted Gooſe.* Penn. Britt. Zool. 2. p. 576. t. 94. *caput.* Arct. Zool. 2. p. 548.

Habitat in boreali Sueciae parte.

Pond. 5—6 libr. *Roſtrum* altius, pallide flavum, ungue albido. *Frons* alba. *Caput* et *Collum* cinereo-fuſca, vertice obſcuriore. *Tectrices* alarum griſeae fuſco-marginatae. *Pectus* cinereum maculis obſcurioribus. *Abdomen* album maculis majoribus nigris. *Tectrices* caudae albae. *Cauda* obſcura albo-marginata. *Pedes* fulvi.

Non credo huc pertinere *the laughing Gooſe.* Edw. Av. 3. t. 153. ſed potius ad *Anatem ſegetum Lath.* vel *Beangooſe Penn.*

72. Anas *Erythropus*, cinerea ſupra nigro alboque undulata, collo nigro, facie abdomineque albis. Lath. Ind. 2. p. 845.
*A. Erythropus mas.* Fn. Su. 116.
*Bernicla.* Briſſ. Orn. 2. p. 411.
*Bernacle or Clakis.* Will. Orn. p. 359.
*Bernacle.* Penn. Britt. Zool. 2. p. 577. Arct. Zool. 2. p. 552.
*Anas Helſingen.* Ol. et Pov. it. Isl. I. p. 548. t. 33.
*Suecis* Fjällgås.

Habitat



Habitat in Helſingiae, Lapponiae alpibus.

Mira circa hanc avem confuſio. Quaenam avis ſit *Helſingegoas Cluſ. Exot.* p. 368, mihi ſaltem dubium. Si enim circulus albus, quem commemorat, caput vel collum cingat, haud dixit, nec tergum cyanei coloris cum noſtra quadrat. *Equ. à Linné* antecedentem pro hujus foemina habuit, anatomia vero D. Walbaum docuit ſexu non tantum differre. Aut itaque diverſae ſunt ſpecies, aut *A. albifrons* junior eſt hujus ſpeciei proles.

*Roſtrum*, *Caput*, *Collum* ad ſternum usque nigra. *Frons*, *Tempora*, *Gula* alba. *Dorſi* pennae cinereae apicibus nigris, margine albis. *Pectus*, *Abdomen*, *Cauda* ſubtus alba. *Femora* cinerea. *Remiges* cinereo-fuſci. *Rectrices* nigrae. *Tectrices* caudae ſuperiores albae. *Pedes* nigri.

73. Anas *Bernicla*, fuſca, capite collo pectoreque nigris collari albo. L. S. N. XII. T. I. p. 198. Fn. Su. 115. Fn. Groenl. 41. Lath. Ind. 2. p. 844.
*Brenta.* Briſſ. Orn. 2. p. 442.
*Brentgooſe.* Penn. Britt. Zool. 2. p. 579. Arct. Zool. 2. p. 551. Will. Orn. p. 366.
*Le Cravant.* Buff. Av. 9. p. 87.
*Calmarienſibus* Prutgås. *Blekingis* Taſlacka.

Habitat . . . . Vere et autumno extremas Oras Blekingiae et Calmariae transmigrat ſapidiſſima hujus generis habita.

*Magnitudo* anſeris minoris. *Corpus* totum fuſco-fuliginoſum. *Roſtrum*, *Caput*, *Collum*, *Pectus* nigra. *Collare* anguſtum album, ad latera nigro-maculatum latius, in mare antice, in foemina poſtice integrum. *Remiges* et *Rectrices* ſupra atrae, in junioribus fuſcae, ſubtus fuſcae. *Venter* et *Latera* fuſca marginibus penna-

rum

rum pallidioribus. *Pedes* nigri. *Alba* ſunt Abdomen pone pedes, tectrices inferiores caudae et latera Uropygii.

74. Anas *molliſſima*, roſtro cylindrico, cera poſtice bifida rugoſa. L. S. N. XII. T. I. p. 198. Fn. Su. 117. Fn. Groenl. 42. Brünn. Ejder Fugl. Beſkrif. 1763. c. fig. Orn. bor. p. 14. 15. Muſ. Carlſſ. I. t. 6. Lath. Ind. 2. p. 845.
*Anſer lanuginoſus ſive Eider.* Briſſ. Orn. 2. p. 441.
*Wormius his Eider* or *ſoſtheaded Duck. The Cuthbert Duck.* Will. Orn. p. 362.
*Eider.* Penn. Britt. Zool. 2. p. 581. t. 95. Arct. Zool. 2. p. 553.
*Great black and white Duck.* Edw. Av. 2. t. 98.
*Oye à duvet ou Eider.* Buff. Av. 9. p. 103. t. 6.
*Suecis Mas* Gudunge, Eider; *Foem.* Åda. *Scanis* Åra, Bottngås. *Pullus bienuis* Helſinge.

Habitat in mari Balthico et occidentali, juniores variant colores, ſed quadriennis non ultra.

*Magnitudo* minoris Anſeris. *Corpus* maxima ex parte album, exceptis capitis pileo atro-holoſericeo pone bipartito: antice tripartito, angulos verſus ſinus cerae maxillae ſuperioris emittente. *Sternum*, *Abdomen*, tota *pars poſtica* atra. *Femora*, *Uropygium*, *Remiges* et *Rectrices* (16.) nigra. *Capitis* poſtica pars juxta pileum vireſcit. *Pectoris* antica pars ex albo incarnata.

*Foeminae* corpus totum ſcolopacinum ſeu cinereum maculis teſtaceis et nigris undulatum. *Linea* alarum transverſa alba anguſtiſſima.

75. Anas *clypeata*, roſtri extremo dilatato-rotundato: ungue incurvo. L. S. N. XII. T. I. p. 200. Fn. Su. 119. It. Gottl. p. 167. Lath. Ind. 2. p. 856.
*A. clypeata.* Briſſ. Orn. 2. p. 450.
*The Shoveler.* Will. Orn. p. 370.
*The broadbilled, redfooted Duck of Aldrovandus.* Ibid. 371.
*Phaſianus marinus.* Charl. Exerc. p. 105. icon.
*Shoveler.* Penn. Britt. Zool. 2. p. 596. Arct. Zool. 2. p. 557.
*Souchet.* Buff. Av. 9. p. 191.
*Suecis* Skedand, Brednäbba.



Habitat in mari Balthico.

Mas. *Caput* nigro-coeruleum nitens. *Collum*, *Pectus* alba. *Dorſum* ferrugineum. *Abdomen* brunneum. *Criſſum* nigrum. *Alae* albo-coeruleoque variegatae macula viridi-ſericea. *Remiges* nigri: ſecundarii faſcia alba. *Rectrices* 14 albae, intermediis nigris. *Pedes* crocei.

*Foemina* corpore toto ſcolopacino, macula alarum viridi-aenea inter duas lineas albas transverſas. *Roſtrum* utriusque ſexus ampliatum rotundatum apice adunco obtuſo, maxillarum marginibus ciliatis, denticulis paleaceis alternantibus.

*Obs.* In Syſt. Nat. ed. XII. hanc cum ſequente quidem conjunxit *Equ. à* Linné, auctoritate *Nob.* Pennant autem ſejungo donec certius ſit eas re vera unius eſſe ſpeciei.

76. Anas *platyrhyncos*, macula alari purpurea utrinque nigra albaque, pectore rufeſcente. Fn. Su. 42.
*A. rubens*, fuſca, jugulo et pectore rubro-fuſcis, ſpeculo alarum purpureo albo marginato, cauda brevi alba. Lath. Ind. 2. p. 857. an?
*Geſners Muggent.* Will. Orn. p. 375. an?
*A broadbilled Duck with yellow feet.* Ibid. p. 371. an?
*Redbreaſted Shoveler.* Penn. Britt. Zool. 2. p. 597.

Habitat

Habitat in fluviis.

Mas. *Macula* alarum violacea nitida utrinque nigra, extra nigredinem utrinque alba. *Foemina* macula alarum ut in mare, ſed in medio magis coerulea. *Pectus* in utroque rufeſcit. *Alae* cinereo-fuſcae, at baſis et apex cinereae. *Remiges primores* 10 immaculati, 11—20 fuſci apice albi, latere exteriore violaceo nitido; horum tectrices fuſcae verſus apicem albae, ipſo apice nigrae. *Dorſum* fuſcum totum margine ferrugineo. *Subtus* ferruginea maculis obſolete fuſcis. *Gula* pallide ferruginea immaculata. *Rectrices* fuſcae lineolis ſerpentinis inaequali flexu pallidis. *Pedes* rubeſcentes.

Caudam albam dicunt d Linné, Pennant, rectrices vero verbis nuper allatis depingit ille; forte uterque ad tectrices caudae albas rectrices fere obtegentes reſpexit.

Num ſola aetate haec a priori differt.

77. Anas *ſtrepera*, ſpeculo alarum rufo, nigro, albo. L. S. N. XII. T. I. p. 200. Fn. Su. 121. Lath. Ind. 2. p. 859.

*Strepera.* Briſſ. Orn. 2. p. 452.

*The Gadwall or Gray.* Will. Orn. p. 374.

*Gadwall.* Penn. Britt. Zool. 2. p. 603. Arct. Zool. 2. p. 575.

*Chipeau.* Buff. Av. 9. p. 187. t. 12.

*Suecis* Skrikand.

Habitat in Aquis dulcibus.

*Roſtrum* nigrum. *Caput* rufeſcens maculis nigris. *Collum*, *Pectus* et *Humeri* albo-nigroque lineata. *Abdomen* ſordide album. *Uropygium* et *Criſſum* nigra. *Remiges* fuſci. *Speculum* nigrum, antice rufum, poſtice album. *Cauda* cinerea margine alba. *Pedes* rubri.

*Foemina* ſimilis mari, at colores minus lucidi, et pectus rufo-ferrugineum nigro-maculatum.

78.



78. Anas *Clangula*, nigro-alboque varia, capite tumido violaceo, ſinu oris macula alba. L. S. N. XII. T. I. p. 201. Fn. Su. 192. It. Gottl. 49. Lath. Ind. 2. p. 867.

*Clangula.* Briſſ. Orn. 2. p. 470.

*The golden Eye.* Will. Orn. p. 368. Mas.

*Smaller reddiſh-headed Duck.* Ibid. 369. Foem.

*Goldeneye.* Penn. Britt. Zool. 2. p. 587. Arct. Zool. 2. p. 557.

*Le Garrot.* Buff. Av. 9. p. 222.

*Suecis* Knipa. *Scanis* Dopping.

Habitat in Aquis. Egregie urinatur. Victitat Cochleis et Conchis. Nidificat in cavis arboribus. Sub rigidiſſimo frigore hyemis 1788 viva capta ad noſtras aedes.

Mas. *Caput* magnum, fere criſtatum, violaceo-nigrum, macula ſubrotunda alba ad ſinus Oris. *Oculi* aenei. *Roſtrum* nigrum. *Dorſum* nigrum, ſed linea alba dorſum ab alis diſtinguit. *Remiges* 1—10 nigri 11—13 nigri apice albo, 14—21 albi, 22—24 nigri. *Collum*, *Pectus*, *Abdomen* et omnia ſubtus, excepto capite, alba. *Cauda* obtuſa, ſubbifurca, nigra, rectricibus 16. *Femora* nigricantia. *Pedes* rubri membrana nigra.

In aliis *gula* alba et *remiges* 1—11 nigri, 12—20 plus minus albi, 21—24 iterum nigri.

Foemina. *Caput* caeſio-rufeſcens. *Roſtrum* nigrum magis quam in ceteris compreſſum apice uncinato. *Colli* latera nigricantia. *Dorſum* et *Latera*, *Caudaque* fuſca ſunt. *Alae* albo-cinereae, remigibus 1—11 nigricantibus totis, 12—14 interiore latere albis, 15—20 omnino albis, 21 latere exteriore albo. *Tectrices* remigum poſteriores albo-nigroque variae. *Pectus* antice et ad

latera

latera cinereum canis marginibus ſeu lineolis transverſis. *Abdomen* album.

79. Anas *Glaucion*, corpore nigricante, pectore nebuloſo, ſpeculo alarum albo lineari. L. S. N. XII. T. I. p. 201. Lath. Ind. 2. p. 868.

*A. Glaucion*, iridibus flavis, capite griſeo, collari albo. Fn. Su. 123.

*Glaucium.* Briſſ. Orn. 2. p. 468.

*The Glaucium* or *Morillon of Bellonius.* Will. Orn. p. 368.

*Morillon.* Penn. Britt. Zool. 2. p. 588. Arct. Zool. 2. p. 578.?

*Suecis* Brunnacke.

Habitat in maritimis frequens.

*Caput*, *Iugulum* et *latera* caſtanea. *Nucha* viridinitens. *Humeri* fuſci marginibus pennarum caſtaneis. *Dorſum* fuſco-ſtriatum. *Alae* obſcure cinereae ſpeculo ex tribus pennis azureo, infra hoc nigris apice albis. Supra ſpeculum linea nigra, et ſupra hanc faſcia alba lata. *Cauda* obſcure cinerea tectricibus ſupra et infra fuſco-albo-ferrugineoque maculatis. *Foemina* magis griſea ſub roſtro albeſcit. *Speculum* fere nigrum viridinitens albo utrinque ſeptum. *Dorſum* fuſcum. *Abdomen* album. *Pedes* griſei. Leche.

Mas. *Caput* ſordide nigrum. *Oculorum* irides flavae, *macula* alarum alba. Foemina *Caput* ſordide fuſcum, in *alis* loco maculae pennae 5 diſtinctae albae. *Roſtrum* nigricat, *Iris* oculorum glauca. *Collare* album. *Pectus* ad ſternum usque nebuloſum. *Cauda* et *Alae* nigrae. *Dorſum* fuſco-nigrum. *Pedes* et *Tibiae* ſordida, *palmae* atrae. à Linne'.

Ab his iterum diverſa Pennanti deſcriptio. Num aetate ita variant?

80.



80. Anas *Penelope*, cauda acutiuſcula, criſſo nigro, capite brunneo fronte alba, dorſo cinereo undulato. L. S. N. XII. T. I. p. 202. Fn. Su. 124. Lath. Ind. 2. p. 860.

*A. fiſtularis.* Briſſ. Orn. 2. p. 464.

*Common Wigeon or Wewer.* Will. Orn. p. 375.

*Wigeon.* Penn. Britt. Zool. 2. p. 601. Arct. Zool. 2. p. 574.

*Canard Siffleur.* Buff. Av. 9. p. 169. t. 10. 11.

*Suecis* Wriand, Bleſand, Griſand.

Habitat in mari.

Mas. *Caput et Collum* ſupra brunnea. *Frons* albida. *Roſtrum* nigrum inprimis apice. *Dorſum* cinereo nigroque undulatum. *Pectus* in aliis ruſeſcens, in aliis griſeo-teſtaceum, rarius nigro-maculatum. *Macula* alarum alba, magna ad baſin alae, dein nigra, tum azurea, demum nigra. *Pedes* nigri. *Cauda* acutiuſcula rectricibus mediis nigris acuminatis, reliquis cinereis.

*Foemina.* *Caput* ferrugineum nigro-maculatum. *Dorſum* fuſcum pallide undulatum. *Pectus* et *Abdomen* albida. *Roſtrum* et *Pedes* cinerei. *Alae* macula carent, lineis duabus albis pictae.

81. Anas *acuta*, cauda acuminata elongata ſubtus nigra, occipite utrinque linea alba, dorſo cinereo-undulato. L. S. N. XII. T. I. p. 202. Fn. Su. 126. Lath. Ind. 2. p. 864.

*A. longicauda.* Briſſ. Orn. 2. p. 458.

*The Sea Pheaſant or Cracker.* Will. Orn. p. 376.

*Pintail.* Penn. Britt. Zool. 2. p. 598. Arct. Zool. 2 p. 566.

*Canard à longue queue.* Buff. Av. 9. p. 199. t. 13.

*Scanis* Stjertand.

Habitat

Habitat in maritimis tempore verno.

Mas. *Caput* et *Colli* dimidium ſordide fuſcum, lateribus capitis pallidioribus. Iuxta aures *linea* pallida in collo ſuperiore deliqueſcens. *Gula* albo-maculata. *Dorſi* initium flavo-fuſcum, ceterum albo nigroque undulatum. *Latera colli*, *Pectus*, *Abdomen* albida. *Speculum* violaceum antice ferrugineum, poſtice nigrum et album. *Cauda* cuneata cinerea, ſubtus nigra: rectricibus intermediis longioribus nigris. *Pedes* nigri.

Foemina fuſco-ferruginea maculis nigris.

82. Anas *hyemalis*, roſtri faſcia rubra, rectricibus duabus longiſſimis, ſpeculo alarum nullo. Odman: N. Act. Ac. Suec. 1783. p. 314.
*A. hyemalis*, cauda cuneata; rectricibus intermediis longis, corpore albo, pectore, dorſo aliisque nigris. L. S. N. XII. T. I. p. 202. Fn. Su. 225. Fn. Groenl. 45. Mohr. Hiſt. Nat. Iſl. p. 23. Brünn. Orn. bor. 75—79.
*A. glacialis*, cauda acuminata elongata, corpore nigro ſubtus albo. L. S. N. XII. T. I. p. 203. Lath. Ind. 2. p. 864.
*A. longicauda ex Inſula Terrae Novae.* Briſſ. Orn. 2. p. 461.
*Swallowtailed Sheldrake.* Will. Orn. p. 364.
*Longtailed Duck a variety.* Penn. Britt. Zool. 2. t. 99.
*Longtailed Duck from Newfoundland.* Edw. Av. 6. t. 280.
*Canard à longue queue de Terre Neuve.* Buff. Av. 9. p. 202.
*Suecis* Winter Al.

* *

*A. longicauda islandica.* Briſſ. Orn. 2. p. 460.
*Sharptail'd Island Duck of Wormius.* Will. Orn. p. 364.
*Anas*



*Anas islandica Havelda.* Worm. Muſ. p. 302.
*Anas Havella.* Ol. et Pov. it. Island. p. 549. t. 56.
*Troſörer.* Ström: Act. Nidr. 5. p. 540. t. 8. f. 1.
*Longtailed Duck.* Penn. Britt. Zool. 2. p. 599. t. 98. Arct. Zool. 2. p. 566.
*Longtailed Duck from Hudſon's Bay.* Edw. Av. 3. t. 156.
*Suecis* Sommar Al. Utraque varietas, Alſogel, Aler, Aller.

Habitat in maritimis Sueciae hyeme a tempore Michaelis ad primum Ver. *Victus* teſtacea. *Rev.* Odman hiſtoriam ejus extricavit, et binas inprimis numerat varietates. Suſpicatur idem fig. *Ol. et Povelſſ.* ad priorem varietatem pertinere.

*Winter-Al.*

Mas. *Caput* et *Collum* nigra macula capitis utrinque magna alba. *Area* oculorum cineraſcens. *Roſtrum* ſemicylindricum, obtuſum, nigrum, medio incarnatum. *Nares* oblongae. *Lingua* apice trilobo obtuſo, lateralibus lobis brevioribus. *Dorſum* nigrum. *Sterni* regio nigra cum dorſi nigredine conjuncta. *Alae* nigrae, ſubtus cinereae. *Speculum* nullum. *Cauda* cuneiformis, *rectricibus* 14 acutis, lateralibus utrinque albis: intermediis duabus longiſſimis atro-violaceis. *Abdomen* a medio album. *Latera* pulchre cana. *Pedes* plumbei.

Foemina paulo minor. *Roſtrum* nigrum interdum cingulo pallido, interdum nullo. *Regio oculorum* alba. *Vertex* et macula *colli* utrinque lateralis fuſca. Verſus pectus albedo collum cingit collaris inſtar latioris. *Pectus* fuſco et griſeo mixtum ſenſim caneſcit, donec excipitur abdomine albo. *Humeri* fuſco-rufo et cinereo varii. *Scapulares* breves. *Remiges* fuſci tectricibus concoloribus griſeo-variis. *Dorſum*, *Uropygium* nigra, cinereo tranſverſaliter irrorata. *Cauda* cuneata brevis: rectricibus

cibus mediis fuſcis, lateralibus ſenſim albeſcentibus. *Pedes* plumbei.

*Sommar-Al.*

Mas. *Roſtrum* praecedentis maris. *Genae* pallide fuſcae. *Nucha*, *Colli* dorſum et *Iugulum* alba. *Latera Colli* ſuperioris faſcia obſcura deorſum tendente. *Pectus* et *Dorſum* fuſco-gilva. *Scapulares* albae, longae, anguſtae, acutae. *Tectrices* alarum et *Remiges priores* nigricantes, *ſecundarii* ferrugineo-ruſi. *Abdomen* album. *Rectrices* 4 mediae nigrae, et a harum longiores; reliquae albae. *Pedes* obſcuri. *Pennant.*

Foemina. *Collum* et *Vertex* nigra albo-irrorata. *Roſtri* faſcia rubra. *Area oculorum* cinerea, margine vel ſupercilio albo. *Gula* albicans. *Pectus* imum cum *abdomine* alba. *Dorſum* fuſco-cinereum maculis ferrugineis ſparſis. *Cauda* brevis, fuſca, lateraliter alba. *Remiges* fuſci. *Pedes* plumbei.

D. Mohr omnes varietates ſimul vidit, et vix duos mares ſimiles obſervavit. Dignoſcitur optime rectricibus intermediis maris elongatis et faſcia rubra roſtri.

83. Anas *ferina*, cinereo-undulata, capite brunneo, faſcia pectorali, criſſo uropygioque nigris. L. S. N. XII. T. I. p. 203. Fn. Su. 127. Lath. Ind. 2. p. 862.

*Penelope.* Briſſ. Orn. 2. p. 462.

*Poker.* *Pochard*, or *great redheaded Wigeon.* Will. Orn. p. 367.

*Pochard.* Penn. Britt. Zool. 2. p. 600. Arct. Zool. 2. p. 560.

*Le Millouin.* Buff. Av. 9. p. 216.

Habitat in Aquis dulcibus.

Mas.



Mas. *Mandibula ſuperior* plumbea ungue nigro: *inferior* nigra. *Irides* rutilae. *Caput* et *Collum* caſtanea. *Pectoris* et *Dorſi* ſuprema pars nigra: inferior pars, *tectrices* alarum, *ſcapulares* et regio *ſubalaris* dilute griſea lineolis nigris. *Remiges* nigro-cinerei. *Rectrices* 12 unicolores cinereo-fuſcae. *Abdomen* cinereo-fuſcoque varium. *Uropygium* et *Criſſum* nigra.

Foeminae. *Caput* pallide ruſo-fuſcum. *Pectus* ſaturatius. *Tectrices alarum* cinereae. *Dorſum* maris. *Abdomen* cinereum.

84. Anas *Querquedula*, macula alarum viridi, linea alba ſupra oculos. L. S. N. XII. T. I. p. 203. Fn. Su. 128. Lath. Ind. 2. p. 872.

*Querquedula.* Briſſ. Orn. 2. p. 473.

*Garganey.* Will. Orn. p. 377. Penn. Britt. Zool. 2. p. 604. t. 101. Arct. Zool. 2. p. 476.

*La Sarcelle.* Buff. Av. 9. p. 260.

Habitat in lacubus.

Mas. *Roſtrum* plumbeum. *Vertex* fuſcus ſtriatus. *Menti* macula nigra. A ſingulo oculo linea alba decurva. *Capitis* latera et *Collum* ſuperne pallide ruſeſcentia ſtriis minutis albis. *Pectus* pallide fuſcum maculis lunulatis nigris. *Abdomen* album, poſtice et *Uropygium* maculatum. *Alarum* tectrices griſeae: inferiores albis apicibus. *Remiges* primores cinerei. *Speculum* viride margine utroque nigro. *Scapulares* longae, anguſtae albo-cinereonigroque longitudinaliter ſtriatae. *Cauda* fuſceſcens rectricibus 14. *Pedes* plumbei.

Foemina cinereo-fuſca, ſpeculo nullo, macula albida ſupra oculos. Pennant.

85. Anas *Crecca*, ſpeculo alarum viridi, linea alba ſupra infraque oculos. L. S. N. XII. T. I. p. 204. Fn. Su. 129. Lath. Ind. 2. p. 872.

*A. Cir-*

*A. Circia.* Brünn. Orn. bor. p. 18. n. 83.
*Querquedula minor.* Briſſ. Orn. 2. p. 475.
*Teal.* Will. Orn. p. 377. Penn. Britt Zool. 2. p. 606.
*European Teal.* Penn. Arct. Zool. 2. p. 577.
*Petite Sarcelle.* Buff. Av. 9. p. 265. t. 17. 18.
*Suecis* Årta, Arta. *Weſtrobothnienſ.* Kråka. *Scanis* Kricka, Krikand.

Habitat in lacubus et fluviis, ſapore praeſtantiſſima multis.

Inter Anates Sueciae facile minima 11—15 unc. pond. *Caput* ferrugineum, linea a roſtro ad oculos alba, ubi bifurcatur et ramo altero oculum ſupemſcendit, altero vero infra oculum deſcendit; intra hanc bifurcationem macula viridi-coerulea nitens ab oculo verſus collum deſcendit. *Roſtrum* nigrum ſimum. *Corpus* totum ſupra lineis nigris albisque undulatum. *Remiges* 1—10 fuſci, 11—18 apicibus albis et horum quinque latere anteriore nigro, at 16—19 viridi nitentes anteriore latere, 20 et ſequ. anteriore latere nigri. *Speculum* viridi ſericeum ſupra et infra nigrum, antice et poſtice album. *Tectrices* alarum fuſcae, infimae albae. *Pectus* album maculis rotundis nigris. *Abdomen* albidum. *Criſſum* nigrum lateribus album. *Rectrices* 16 fuſcae margine albae, intermediis acutis. *Pedes* nigri unguibus acutis.

Foemina fuſco-cinerea nigro-maculata, ſpeculo alarum viridi.

86. Anas *Circia*, ſpeculo alarum varii coloris, linea ſuperciliari alba, roſtro pedibusque cinereis. L. S. N. XII. T. I. p. 204. Fn. Su. 129.
*Querquedula aeſtiva.* Briſſ. Orn. 2. p. 477.
*Summer Teal.* Will. Orn. p. 378.
*Sarcelle d'Eté.* Buff. Av. 9. p. 268.



Habitat in aquis dulcibus.

*Pectus* ruſeſcens. *Genae* et *Gula* caſtanea. *Speculum* nigro-virens ſupra infraque nigrum, margine antico et poſtico album. Linné.

Mas. *Supra* cinereo-fuſcus marginibus pennarum candicantibus, *ſubtus* albo-ruſeſcens, *abdomine* griſeo-maculato. *Taenia* candida ſupra oculos. *Rectrices* 16. reliqua ut *Linné*.

Foemina. *Supra* cinereo-fuſca marginibus pennarum ruſeſcentibus. *Subtus* mari ſimilis. *Taenia* ſupraocularis candida. *Genae* et *Gula* albido variegatae. *Speculum* viride ſubtus album. Brisson.

Etiam forma Tracheae differt a *Crecca*, quacum conjungunt Pennant, Latham. Conf. Berlin. Schrift. 4. B. p. 600. etc. tab. 18.

87. Anas *hiſtrionica* fuſco-albo-coeruleoque varia, auribus, temporibus, linea gemina collari faſciaque pectorali albis. L. S. N. XII. T. I. p. 204. Brünn. Orn. bor. p. 19. (*mas.*). Fn. Groenl. 46. Mohr H. N. Isl. p. 24. t. 1. Lath. Ind. 2. p. 849. (*mas et foem.*)
*A. minuta* griſea auribus albis, remigibus primoribus nigricantibus. L. S. N. XII. T. I. p. 204. Brünn. Orn. bor. p. 20. *foem.*
*A. torquata ex inſula Terrae novae.* Briſſ. Orn. 2. p. 457.
*Querquedula freti Hudſonis.* Ibid. p. 483.
*Harlequin's Duck.* Penn. Arct. Zool. 2. p. 560.
*Duſky and ſpotted Duck.* Edw. Av. 2. t. 99.
*Little brown and white Duck.* Edw. Av. 3. t. 157.
*Canard à collier de Terre neuve.* Buff. Av. 9. p. 250.
*Canard brun.* Buff. Av. 9. p. 252.
*Straum Önd og Brimduſa.* Ol. et Pov. it. Isl. 1. p. 549. t. 34.

*Anas torquata*. S. G. Gmelin it. 2. p. 179. t. 14.
Die kleine Kazarka. Lepech. it. 2. p. 183. t. 5.
Habitat in mari occidentali rarius.

*Roſtrum* baſi nigrum, medio plumbeum, apice pallide-violaceum. *Caput*, *Collum*, *Pectus* nigro-coerulea. *Macula* alba ad ſinum oris, a qua ſupra oculum ad nucham usque linea ferruginea. Iuxta *aures* alia macula alba, infra quam linea alba decurrit ad latera colli. Sub hac collare album. Ante alas ab utroque latere pectoris faſcia alba. *Abdomen* obſcure cinereum lateribus ferrugineis. *Scapulares* longae albo-nigroque ſtriatae. *Remiges primores* nigri, *ſecundarii* a latere exteriore violacei. Verſus flexuram alae macula rotunda alba, et alia infra hanc ex 2 l. 3. tectricum apicibus albis. Ad *Uropygii* latera macula ovata alba. *Cauda* acuta nigra.

Foemina multo minor mare. *Tota* fuſco-murina, *abdomine* pallidiore, maculata. *Frons*, *Gula*, *Oculorum* et *aurium* regio albida. *Alae* et *cauda* dorſo concolores, *tectrices* vero alarum inferiores abdomini.

88. Anas *ferruginea*, fuſco-rufa, abdomine pallidiore, roſtro pedibusque coeruleſcentibus.

*A. ferruginea*, fuſco-rufa, abdomine albo, roſtro dilatato pedibusque pallide coeruleis. Lath. Ind. 2. p. 866.

*A. ferruginea*, cinereo-ferruginea, capite ferrugineo, macula alarum magna alba. *Lindroth* Muſ. Grill. p. 15. an?

*A. rufa*, roſtro pedibusque cinereis. Fn. Su. 134.

*Ferrugineous Duck*. Penn. Britt. Zool. 2. p. 601. t. 99. Arct. Zool. 2. p. 576.

Habitat in fluviis rarius.

*Supra*



*Supra* pulchre rufa, *ſubtus* pallidior. *Abdomen* albidum. *Roſtrum* depreſſum et *pedes* pallide coeruleſcentes, at *palmae* nigrae. Pennant.

Quaerit Latham, anne foemina *An. Stelleri*?

89. Anas *Alandica*, roſtro pedibusque nigris, ſupra albo-nigro-ferrugineoque varia, ſubtus cinerea maculata, cauda faſciata.

*A. Alandica*, ſubtus ſordide alba, ſupra nigro-ferrugineo-alboque varia, ſcapularibus plumis nigris margine ac lineis diſci albo-ferrugineis, antice in angulum coaleſcentibus, variegata, roſtro pedibusque nigris. Muſ. Carlſ. 3. t. 60.
*Anas Sparrmanni*, Lath. Ind. 2. p. 876.
*Suecis* Sjöand.

Habitat in mari Balthico circa inſulas Alandiae.

*Capillitium* ferrugineum nigro-maculatum. *Latera* capitis, *Cervix*, *Gula*, *Iugulum* cinerea fuſco-punctata. *Iuguli* inferior pars ferrugineo-nigroque maculata. *Pectus* et *Abdomen* ſordide alba. *Interſcapulii*, *Scapularum* et aliquot *Hypochondriorum* pennae nigrae margine ſubferrugineae, et in diſco taeniae duae pallidiores verſus apicem in angulum coeuntes. *Tectrices alarum* ſupra et infra fuliginoſo-fuſcae marginibus albicantibus. *Remigum primorum* extimus ſordide albidus apice fuſco, reliqui latere exteriore et apice fuſco-nigricantes, interiore fuſco-albidi. *Uropygium* ferrugineum ac albidum nigro-maculatum. *Criſſum* elongatum album. *Cauda* ferruginea, faſciis nigris, ſubaequalis.

An ab hac diverſa *Anas Skoorra*. Leem Lapp. p. 266. *Lapmark Duck*. Penn. Arct. Zool. 2. p. 576?

90. Anas *Boſchas*, rectricibus intermediis (maris) recurvatis roſtro recto. L. S. N. XII. T. I. p. 205. Fn. Su. 131., torque alba. Lath. Ind. 2. p. 850.



a.

α. *Anas fera.* Briſſ. Orn. 2. p. 447.

*The common wild Duck or Mallard.* Will. Orn. p. 371.

*Mallard.* Penn. Britt. Zool. 2. p. 591. Arct. Zool. 2. p. 563.

*Wild Ducks.* Penn. Britt. Zool. 2. t. 93.

*Canard ſauvage.* Buff. Av. 9. p. 115. t. 7. 8.

*Suecis* Wildand, Gräſand, Blinacke.

β. *Anas domeſtica.* Briſſ. Orn. 2. p. 443.

*The common tame Duck.* Will. Orn. p. 380.

*Suecis* Tam And, Hem And.

*Mas.* Andrake, Ankbonde. *Scanis* Andrick.

*Foemina* Anka. *Pullus Scanis* Alling.

Habitat α. in lacubus, fluviis, paludibus. β. hoſpitatur manſueta ubique coloribus variis, criſtata et ſine criſta.

Mas. *Roſtrum* flavo-vireſcens. *Caput* obſcure viridi-aureo nitente. *Collum* album. *Pectus* ferrugineum. *Sternum* et *Abdomen* cineraſcentia ſtriis undulatis minutiſſimis confertis. *Dorſi* initium pectori concolor. *Scapulares* albae fuſco-ſtriatae. *Alae* ſupra ſubfuſcae, ſubtus albae. *Speculum* obſcure coeruleum, ſupra et infra nigrum, antice et poſtice album. *Remiges primores* 1 - 10 cinerei, *ſecundarii* ſubfuſci, quorum 11 - 21 apice albi, 12 - 20. in medio violacei, exterius nigri, apicibus vero albis. *Tectrices* horum 11 - 20 cinereae in medio albae, apice nigrae. *Rectrices* 24, quarum 4 intermediae nigrae recurvae. *Pedes* miniati.

Foemina. *Supra* fuſca marginibus pennarum ferrugineis, *ſubtus* dilute rufa fuſco-maculata. *Speculum* coeruleum utrinque nigrum, dein album.





91. Anas *Fuligula*, criſta dependente, corpore nigro, abdomine ſpeculoque alarum albis. L. S. N. XII. T. I. p. 207. Fn. Su. 132. Lath. Ind. 2. p. 869.

*Glaucium minus.* Briſſ. Orn. 2. p. 469.

*The tufted Duck.* Will. Orn. p. 365. Penn. Britt. Zool. 2. p. 585. Arct. Zool. 2. p. 573.

*Petit Morillon.* Buff. Av. 9. p. 227. 231. t. 15.

*Suecis* Wigge.

Habitat in mari.

*Roſtrum* et *Pedes* plumbei. *Corpus* totum nigrum excepto abdomine a pectore caudam verſus albo. *Speculum* album. *Remiges primores* fuliginoſi, *ſecundarii* albi apicibus nigris. *Uropygium* et *cauda* fuſca, rectricibus 14. Foemina caret criſta capitis.

Iunior Avis obſcure ferruginea lateribus capitis juxta roſtrum pallide flavis, et haec eſt *A. latiroſtra Brünn. Orn. bor.* 91. ſecundum Pennant.

92. Anas *Stelleri*, criſta nuchae obſoleta maculaque viridi, corpore albo, remigibus ſecundariis atro-coeruleis: intimis deorſum falcatis acutis.

*A. Stelleri* Pallas Spicil. Zool. VI. p. 35. t. 5.

*A. dispar Mas*, criſta occipitali abbreviata ſmaragdina, remigibus aliquot ſecundariis coeruleis antror ſum falcatis apicibus albis. Muſ. Carlſſ. 1. t. 7.

*A. diſpar foemina*, ferruginea, fuſca nigroque undulata, alarum maculis duabus parvis albis. Muſ. Carlſſ. 1. t. 8.

*A. diſpar* alba, ſubtus ferruginea, occipitis macula fronteque vireſcentibus, orbitis, gula, jugulo, collari dorſoque nigris. Lath. Ind. 2. p. 866.

*Weſtern Duck.* Penn. Arct. Zool. 2. p. 564. t. 23.

Habitat . . . in flumine Oſtrogothico occiſum par Muſeum Carlſſonianum ſervat.

Mas Colore variare videtur, uti indicant deſcriptiones Auctorum citatae. *Roſtrum* nigrum. *Caput* et *Collum* ſupra alba, ſubtus nigra. *Area oculorum* nigra. *Macula* inter roſtrum et oculos viridis. *Nucha* viridis criſta parva obſoleta. *Collare* nigro-violaceum (in ſpecimine D. PALLAS forte juniore deeſt). *Dorſum* nigrum. *Pectus* obſolete ferrugineo-flaveſcens. *Abdomen* nigreſcens. *Alarum* tectrices albae. *Remiges primores* decem fuſco-nigricantes, *ſecundarii* 11—20. toti atro-coerulei nitidi apicibus albis, 21-28. latere exteriore his concolores: interiore albi, anguſti, acuti, deorſum falcati. *Cauda* ſubtus fuſceſcens, ſupra nigra. *Pedes* nigreſcentes.

Foemina *tota* plumis fuſco-ferrugineis macula nigricante inſignitis veſtitur. *Caudae* idem color. *Remiges primores* nigricantes, *ſecundarii* nonnulli apicibus albent, unde macula poſterior alae, ſic etiam *tectrices* aliquot, unde prior et major macula. Remiges nulli falcati. *Pedes* obſcuri.

## MERGUS.

*Roſtrum* denticulatum ſubulato-cylindricum, apice aduncum.

93. MERGUS *Merganſer*, capite ſubcriſtato, ſupra albo-nigroque varius, ſubtus flaveſcens, pedibus rubris.

*Merganſer.* Briſſ. Orn. 2. p. 423.

*Gooſander.* Penn. Britt. Zool. 2. p. 556. t. 92. Arct. Zool. p. 546.

*Mas.*

M. *Merganſer*, criſta longitudinali erectiuſcula, pectore albido immaculato, rectricibus cinereis ſcapo nigricante. L. S. N. XII. T. I. p. 208. Bruun. Orn. bor. p. 71.

M. Mer-



M. *Merganſer mas*, capite atro-viridi-nitente vix criſtato, collo niveo, dorſo cinereo, tectricibus niveis, remigibus anticis atris, pectore abdomineque flaveſcente, pedibus ruberrimis. ÖDMAN. N. Act. Ac. Suec. 1785. p. 54.

M. *Merganſer*, ſubcriſtatus albus, capite, collo ſupremo, dorſo remigibusque nigro-nitentibus; cauda cinerea. Lath. Ind. 2. p. 828.

M. *ſerrator*. Berlin. Beſchäft. 1. p. 170. 2. p. 551.

M. *Aſiaticus*. S. G. Gmelin it. 2. p. 138. t. 20.

*Gooſander.* Will. Orn. p. 335.

*Harle.* Buff. Av. 8. p. 267. t. 23.

*Suecis* Skrake, Körfogel, Wrakfogel, Wrakand, Fiſkand. *Scanis* Sjöhane.

*Foemina.*

M. *Caſtor*, capite criſtato cinereo, ſubtus ferrugineo, roſtro pedibusque nigricantibus. L. S. N. XII. T. I. p. 209.

M. *caſtor*, criſtatus cinereus, capite colloque ſupremo ſpadiceis, gula, remigibus intermediis abdomineque albis. Lath. Ind. p. 829.

M. *Merganſer foemina*, cinerea, capite criſtato ruſeſcente, gula alba, alis ſpeculo albo linea nigra diviſo, pectore et abdomine flaveſcente, pedibus pallidis. ÖDMAN l. cit. p. 311.

*Merganſer cinereus.* Briſſ. Orn. 2. p. 428.

*The Dun-Diver* or *Sparlingfowl.* Will. Orn. p. 335.

*Mergus Rubricapilla.* Brunn. Orn. bor. p. 22.

*Harle femelle.* Buff. Av. 8. p. 272.

*Suecis* Skraka, Skräcka. *Scanis* Skallflukare.

Habitat in lacubus et fluviis. Nidificant aliae inter lapides ſub fruticibus et vocantur *Stenſkraka*, aliae in arborum cavis et vocantur *Trädſkräcka*. ÖDMAN.

Mas.

Mas. *Roſtrum* nigrum denticulis quoque nigris, lateribus et oris ſinubus rubris. *Caput* et *Colli* proxima pars ſupra nigra nitore viridi. *Pennae* pilei denſi tumidique, ut criſtam erectam, vix autem diſtinctam efficiant. *Dorſum* primo nigrum utrinque album, dein cinereum. *Uropygium* album cinereo conſpurcatum. *Remiges primores* 10 fuſco-nigricantes, 11-14 latere exteriore nigri interiore albi, 15-20 toti albi, 21-27 albi linea longitudinali nigra. *Colli* inferior pars et tota avis ſubtus flaveſcens. *Rectrices* 18 cinereae. *Pedes* rubernimi.

Foemina. *Roſtrum* maris, ſed minus. *Caput* rufofuſcum, ſub gula albidum, *criſta* anguſtiore. *Collum* ſupra, *Humeri*, *Dorſum* cinerea. *Collum* ſubtus, pallide cinereum maculatum. *Pectus* et *Abdomen* pallide flaveſcentia. *Remiges* 25, horum 10 *primores* nigricantes, 11-20 ſimiles maris; *tectrices* autem horum proximi albi, reliqua alae cinerea. *Rectrices* 12 obſcuro cinereae. *Pedes* pallidiores.

Diverſas ſpecies iterum facit LATHAM, alii juniorem tantum varietatem β. credunt.

94. MERGUS *Serrator* criſta dependente, pectore ruſeſcente variegato, collari albo, rectricibus fuſcis cinereo-variegatis. L. S. N. XII. T. I. p. 208. Fabr. Fn. Groenl. 48. Lath. Ind. 2. p. 829.

*M. Merganſer*, criſta dependente, capite nigro-coeruleſcente, collari albo. Fn. Su. 155. it. Gottl. 166. *mas*.

*M. Serrator*, criſta dependente, capite nigro maculis ferrugineis, macula alari alba nigro-bifida. Fn. Su. 156. it. Gottl. 271. *foemina*.

*Merganſer criſtatus*, Briſſ. Orn. 2. p. 424.

*The Serula*, Will. Orn. p. 336.

*Redbreaſted Merganſer*. Penn. Britt. Zool. 2. p. 558. t. 93. Arct. Zool. 2. p. 537.

*Red-*



*Redbreaſted Gooſander*. Edw. Av. 2. t. 95.

*Harle huppé*. Buff. Av. 8. p. 273.

*Mergus Merganſer*, *Toppönd*, *Graſönd*. Ol. et Pov. it. Isl. I. p. 550. t. 37.

*Mergus criſtatus*. Brünn. Orn. bor. p. 25. *mas*.

*Mergus ſerratus*. ibid. p. 23. *foem*.

*Gottlandis mas* Ard, *foemina* Pracka.

Habitat ubique in aquis.

*Roſtrum* obſcure rubrum, ſupra longitudinaliter nigrum. *Caput* adulti maris nigrum nitore viridi-aureo, criſta poſtice dependente longitudine capitis. *Palpebrae* albae. *Collum* album, cervice longitudinaliter nigra. *Pectus* ferrugineum maculis nigris deliqueſcentibus; ad utrumque pectoris latus pennae albae nigro-marginatae. *Dorſum* nigrum, *Uropygium* et *latera* tenuiter cinereo-undulata. *Criſſum* niveum. *Rectrices* 16—18 fuſco-cinereae. *Alae* nigrae ſpeculo albo. *Remigum ſecundariorum* medii una cum tectricibus albi, baſi nigri: intimi quatuor albi, latere interiore nigro-marginati. *Ala ſpuria* nigra. *Pedes* rubri. Iuniores aves *caput* habent fuſco ferrugineum, *dorſum* pallidius nigro-maculatum, *collum* plus minus flavo-ferrugineum punctis nigreſcentibus, *Cervicem* longitudinaliter nigreſcentem. Mares adulti nondum colore perfecti et foeminae annoſae caput nigrum parum viridi-nitentem macula utrinque ferruginea habent. PALLAS Berlin. Beſch. 2. p. 553.

Foeminae. *Criſta* minor. *Iugulum* et *Pectus* cinereo-undulata. *Abdomen* album. *Dorſum* et *cauda* cinerea undulata. *Remiges primores* nigreſcentes, *ſecundarii* nigri dimidiato-albi, interiores primoribus concolores. *Speculum* album linea 1 l. 2 nigra diviſum.

*Obſ.* Varie differunt Auctor. deſcriptiones, quod ex diverſa avis deſcriptae aetate pendet.

95.

95. Mergus *Albellus*, criſta dependente, occipite nigro, corpore albo, dorſo temporibusque nigris; alis variegatis. L. S. N. XII. T. I. p. 269. Fn. Su. 137. Lath. Ind. 2. p. 831.

*Merganſer criſtatus minor ſive Albellus.* Briſſ. Orn. 2. p. 425.

*The other Albellus of Aldrovand.* Will. Orn. p. 337.

*Smew.* Britt. Zool. 2. p. 559. Arct. Zool. 2. p. 539.

*la Piette.* Buff. Av. 8. p. 275.

β. *M. minutus* capite laevi griſeo, faſcia oculari nigra, macula ſuboculari alba. L. S. XII. T. I. p. 209.

*M. minutus*, capite griſeo laevi. Fn. Su. 138.

*M. glacialis.* Brünn. Orn. bor. p. 24.

*M. albellus*, ibid. p. 24.

*Merganſer ſtellatus.* Briſſ. Orn. 2. p. 428.

*Redheaded Smew.* Penn. Arct. Zool. 2. p. 560.

*Minute Smew.* Penn. Arct. Zool. 2. p. 540.

Habitat in mari Balthico rarius.

*Alba* ſunt Caput, Criſta, Collum, Pectus, Abdomen, macula oblonga et faſcia transverſa alarum. *Nigra* macula lateralis capitis, criſta ſubtus et nucha, Dorſum, Alae. *Cinerea* Roſtrum, Pedes, Cauda. In β *caput* ferrugineum.

*Mergum minutum Linn.* ſpecie ab Albello non differre certum videtur, an vero foemina vel tantum junior Auis adhuc non evictum eſt. *Cel.* Latham. *Mergum minutum* Fn. Suec. ab illo Syſtem. diverſum facit, licet dubie.

ALCA.



## A L C A.

*Roſtrum* edentulum, breve, compreſſum, convexum, ſulcatum ſaepius transverſe. Mandibula inferior ante baſin gibba.

*Nares* pone roſtrum.

*Pedes* tridactyli, palmati, compedes.

96. Alca *Torda*, roſtro compreſſo ancipiti ſulcato, linea utrinque alba ad oculos. L. S. N. XII. T. I. p. 210. N. Act. Ac. Suec. 1788. p. 214. Fabr. Fn. Groenl. 50.

*A. Torda*, roſtri ſulcis quatuor: linea utrinque alba a roſtro ad oculos. Fn. Su. 139. Lath. Ind. 2. p. 793. it. Gottl. p. 236.

*Alca.* Briſſ. Orn. 2. p. 383.

*Razorbill, Auk, Murre.* Will. Orn. p. 323.

*Razorbill.* Penn. Britt. Zool. 2. p. 509. t. 82. Arct. Zool. 2. p. 509. Edw. Av. 7. t. 358. f. 11.

*Pingoin.* Buff. Av. 9. p. 390. t. 27.

*Gottlandis* Tord. *Angermannis* Mule. *Roslagis* Tordmule.

Habitat in Inſula Carolina Gottlandiae, in Inſula Bonden Angermanniae, juxta Nämdön Sudermanniae etc. Ovum 1.

*Magnitudo* Cornicis colore toto prono corpore nigro, ſubtus vero *pectore*, *abdomine*, *tectricibus* inferioribus alarum albis, unde linea alarum alba. *Remiges primores* 11 nigri, *ſecundarii* 15 nigri apicibus albis. Ab oculis ad ſummum marginem roſtri *linea* alba utrinque decurrit. *Roſtrum* cultratum, obtuſiſſimum ſulcis 4 in ſuperiore maxilla, at 2 in inferiore, transverſim exaratum, quorum ſecundus, interdum bini, albus eſt. Maxillae inferioris *apex* incurvus. *Nares* tectae plumis albis,

albis. *Pedes* nigri. *Cauda* cuneata. *Uropygium* album. *Rectrices* 10 (12 Briſſ.) quarum medium par anguſtius.

In pullis primi anni nullum ſulcum roſtri obſervari potuit. *Leche* alium Februario menſe vidit, qui linea alba capitis carebat, quale ſpecimen etiam nobis ad manus eſt, Ianuarii menſe captum.

*Alca Balthica.* Brünn. Orn. bor. p. 25 hujus varietas. Fabricius, Odman.

97. Alca *Pica*, roſtro laevi compreſſo, corpore toto ſubtus apicibusque remigum poſticorum albis. L. S. N. XII. T. I. p. 210. Fabr. Fn. Groenl. 41.

*A. uniſulcata.* Brünn. Orn. bor. p. 25.

*Blackbilled Auk.* Penn. Britt. Zool. 2. p. 511. Arct. Zool. 2. p. 510.

*Petit Pingoin.* Buff. Av. 9. p. 396.

Habitat in mari arctico.

*Magnitudo* praecedentis, vel potius major. *Roſtrum* nigrum magis elongatum et anguſtum, vix uniſulcatum. *Supra* tota nigra, *ſubtus* alba. *Nares* tectae plumis nigris. *Pedes* nigreſcentes.

Varietas tantum praecedentis junior ſecundum Latham.

98. Alca *impennis* roſtro compreſſo - ancipiti ſulcato, macula ovali utrinque ad oculos. L. S. N. XII. T. I. p. 210. Fn. Su. 140. Fabr. Fn. Groenl. 52. Lath. Ind. 2. p. 710.

*Alca major.* Briſſ. Orn. 2. p. 382.

*Anſer Magellanicus, l. Penquin.* Worm. Muſ. p. 300. t. 301.

*Penquin, Hoyers Goiſugel.* Will. Orn. p. 322.

*Great Auk.* Penn. Britt. Zool. 2. p. 507. t. 81.

*Nor-*



*Northern Penquin.* Edw. Av. 3. t. 147.

*Grand Pingoin.* Buff. Av. 9. p. 313. t. 29.

Habitat in mari norvegico rarius.

*Magnitudo* Anſeris, *ſupra* tota, *capite et jugulo* nigris, *ſubtus* alba. *Roſtrum* ſulcatum. *Macula* magna alba oblonga a roſtri baſi ad oculos. *Alae* minutae, volatui ineptae. *Collare* album pingit Wormius.

Iuniorum roſtra haud ſulcata.

99. Alca *arctica*, roſtro compreſſo - ancipiti ſulcato, ſulcis quatuor, oculorum orbita temporibusque albis, palpebra ſuperiore mucronata. L. S. N. XII. T. I. p. 211. Fabr. Fn. Groenl. 53. Lath. Ind. 2. p. 792.

*A. arctica*, roſtro compreſſo - ancipiti quadriſulcato, oculorum orbita temporibusque albis. Fn. Su. 141.

*Fratercula.* Briſſ. Orn. 2. p. 380.

*Coulterneb, Puffin, Guldenhead, Bottlenoſe* etc. Will. Orn. p. 325.

*Puffin.* Penn. Britt. Zool. 2. p. 512. Arct. Zool. 2. p. 511. Edw. Av. 7. t. 358. f. 1.

*Macareux.* Buff. Av. 9. p. 358. t. 26.

*Alca deleta.* Brünn. Orn. bor. p. 25. *Pallas.*

*Norwegis* Lunda. *Nautis* Grönländſk Papegoya.

Habitat in rupibus et praecipitiis montium maris atlantici, praeſertim in inſulis, cum non niſi pacato mari piſcari poſſit. Nidificat in ſcopulo, unico in hoc genere ſemper ovo.

*Roſtrum* baſi nigrum ſulco 1. antice rubrum ſulcis 4. In gibbere mandibulae inferioris appendicula membranacea. *Palpebra ſuperior* (non omnibus ſpeciminibus *Fabr.*) mucrone inſtructa. Tota avis *ſupra* et *jugulo* nigra. *Genae tumidae, Pectus, Abdomen* alba. *Sinus oris* macula alba. *Rectrices* 16. *Pedes* ſordide rubri.

100.

100. ALCA *Alle*, roſtro laevi conico, abdomine toto ſubtus remigumque poſticorum apicibus albis, pedibus nigris. L. S. N. XII. T. I. p. 211. Fn. Su. 142. Brünn. Orn. bor. p. 26. Mohr Hiſt. Nat. Isl. p. 29. Lath. Ind. 2. p. 795.

*Uria minor.* Briſſ. Orn. 2. p. 378.

*The ſmall black and white Diver.* Will. Orn. p. 343. Edw. Av. 2. t. 91.

*Little Auk.* Penn. Britt. Zool. 2. p. 517. t. 82. Arct. Zool. 2. p. 512.

*Petit Guillemot.* Buff. Av. 9. p. 354.

*Peder Dricker.* Gunner: Act. Nidroſ. 1. p. 261. t. 6.

*Alca Haftirdill.* Ol. et Pov. it. Isl. 2. p. 984. t. 35.

*Nautis* Grönlands Duſwa.

*Magnitudo* minoris Columbae. *Roſtrum* breve, conicum, ſubtus plumis ad $\frac{2}{3}$ in medio longitudinaliter conſitum, nigrum. *Nares* rotundatae. *Vertex* quaſi depreſſus. Tota avis *ſupra* nigra praeter lineam alarum albam. *Iugulum* et *Colli* latera ex nigro cinereoque tenuiſſime mixta. *Macula* parva ſupra oculos. *Gula*, *Genae*, *Pectus*, *Abdomen*, *Criſſum* alba. *Pedes* nigri. Lineolae albae dorſi non in omni ſpecimine.

Alcas omnes hyberno tempore alio ludere colorum ordine aſſerit O. FABRICIUS.

## PROCELLARIA.

*Roſtrum* edentulum, ſubcompreſſum, mandibulis aequalibus: ſuperiore apice adunco, inferiore apice compreſſo-canaliculato.

*Nares* cylindro ſupra baſin roſtri decumbente truncato.

*Pedes* palmati, ungue poſtico ſeſſili abſque digito.





101. PROCELLARIA *pelagica*, nigra, uropygio albo. L. S. N. XII. T. I. p. 212. Fn. Su. 143. Lath. Ind. 2. p. 826.

*Stormwädersfogelen.* Act. Reg. Ac. Suec. 1745. p. 95. t. 6.

*Procellaria.* Briſſ. Orn. 2. p. 398.

*Stormfinch.* Will. Orn. p. 395.

*Stormy Petrel.* Penn. Britt. Zool. 2. p. 555. t. 91. Arct. Zool. 2. p. 536.

*The little Peteril.* Edw. Av. 2. t. 90.

*Oiſeau de tempête.* Buff. Av. 9. p. 327. t. 23.

*Suecis* Stormwädersfogel.

Habitat in mari ſuper undas currens, inſtante procella proram puppamque navium petens, unde praeſagia nautarum de inſtante tempeſtate, quam aviculae evitare conantur.

*Magnitudo* Hirundinis, tota nigra, in dorſo magis ſaturate, in pectore et abdomine magis obſcure, ſed *tectrices* rectricum ſupra infraque albae apicibus nigris. *Rectrices* 12. aequales nigrae, alis breviores, obtuſae. *Remiges primores* acuti. *Tectrices alarum* ſecundi ordinis apice parum albicant. *Pedes* nigri, femoribus ſeminudis. *Roſtrum* nigrum.

102. PROCELLARIA *glacialis*, albicans dorſo caneſcente. L. S. N. XII. T. I. p. 213. Fn. Su. 144. roſtro pedibusque flaveſcentibus. Lath. Ind. 2. p. 823.

*Procellaria.* Martin: Act. R. Ac. Suec. 1759. p. 95. t. 3.

*Procellaria cinerea.* Briſſ. Orn. 2. p. 399.

*Hafheſt.* Will. Orn. p. 395. Gunner: Act. Nidroſ. 1. p. 182. t. 1.

*Fulmar.* Penn. Britt. Zool. 2. p. 549. t. 91. Arct. Zool. 2. p. 534.

*Fulmar* ou *Petrel*, *Paffin gris blanc.* Buff. Av. 9. p. 302. t. 22.

Habitat in mari ſeptentrionali intra circulum arcticum inhians Cetis, quorum lardum roſtro excidit.

*Corpus* magnitudine Gallinae, album cum tinctura caneſcenti incarnata. *Dorſum* totum magis caneſcens. *Remiges* latere interiore magis albicantes, cauda longiores. *Cauda* rotundata alba rectricibus 16. *Pedes* rubri, compedes. *Nares* conſtant unico cylindro fuſco, intus diviſo. *Roſtrum* ruſeſcens, compreſſum, mandibulis ex 5 oſſibus. *Femora* ſeminuda.

## PELECANVS.

*Roſtrum* rectum, apice adunco unguiculato.

*Nares* rima obliterata.

*Facies* nudiuſcula.

*Pedes* aequilibres, digitis omnibus quatuor ſimul palmatis.

103. Pelecanus *Carbo*, cauda rotundata, corpore nigro, roſtro edentulo, capite laevi. Fabr. Fn. Groenl. 57. (ſubcriſtato) L. S. N. XII. T. I. p. 216. Fn. Su. 145. Lath. Ind. 2. p. 886.

*P. Phalacorax.* Brünn. Orn. bor. p. 31.

*Cormorant.* Will. Orn. p. 329.

*Corvorant.* Penn. Britt. Zool. 2. p. 608. Arct. Zool. 2. p. 581.

*Cormoran.* Buff. Av. 8. 310. t. 26?

*Iunior Avis Fabr.*

*Pelecanus Graculus*, cauda rotundata, corpore nigro ſubtus fuſco, rectricibus duodecim, roſtro edentulo. L. S. N. XII. T. I. p. 217. Brünn. Orn. bor. p. 31. Lath. Ind. 2. p. 887.





*P.* ſubtus fuſcus, rectricibus duodecim. Fn. Su. 146.

*Shag.* Will. Orn. p. 332. Penn. Britt. Zool. 2. p. 581.

*Phalacrocorax minor.* Briſſ. Orn. 2. p. 496.

*Petit Cormoran ou le Nigaud.* Buff. Av. 8. p. 319.

*Suecis* Hafs Tiäder. *Fennis* Ålkrok, Ålkråka.

Habitat in mari, arboribus inſidet. Nidificat in ſcopulis.

α. *Roſtrum* ſupra nigricans, lateribus et ſubtus albicans. Ante oculos *area* anguſta ſimul cum rictu oris gulaque flaveſcens. *Caput* vertice planiuſculo. *Collum* longum. *Tota* avis nigra, ſed *gula* quatenus plumis tecta alba, quae albedo etiam continuatur initio juguli pennis tenuiſſimis ſparſis inter nigras. *Tectrices* alarum et *Humeri* cupri colore nitent. Supra *femora* utrinque macula magna alba, pennis ceteris tumidior. *Remiges primores* 10, *ſecundarii* 20, dein 5 l. 6 breviſſimi, quos ſequuntur 5 longitudine priorum. *Rectrices* 14.

Foemina minor ſine maculis femorum.

β. ſupra niger, ſubtus fuſco-cinereus. *Roſtrum* fere nigrum. *Rectrices* 12.

*P. Carbo* et *criſtatus* ab omnibus fere auctoribus confunduntur, etiam *Graculus* cum hoc ab accuratiſſimo Pennant, in *Zool. Arct. l. cit.* autem errorem correxit. *P. Graculus* judice autopta Fabricio tantum junior eſt *Carbo.*

104. Pelecanus *criſtatus*, criſta ſuberecta, corpore atro immaculato, rectricibus duodecim. Fabr. Fn. Groenl. 58. Mohr Hiſt. Nat. Isl. p. 53. Brünn. Orn. bor. p. 31.

*P. criſtatus*, corpore viridi-nitente ſubtus obſcuro, roſtro pedibusque obſcuris, capite criſtato. Lath. Ind. 2. p. 888.

*P. criſtatus, Topskarwen*. Gunner: Act. Nidr. 5. p. 141. T. 3. f. 7. 8. Ol. et Pov. it. Isl. 1. p. 555. t. 39.
*Phalacrocorax*. Briſſ. Orn. 2. p. 495.
*Shag*. Penn. Britt. Zool. 2. p. 610. t. 102.
*Creſted Corvorant*. Penn. Arct. Zool. 2. p. 583.

Habitat in mari boreali.

*Minor* praecedente, totus niger, immaculatus, criſta capitis in foeminis minus obſervanda, caeterum ſimiles. *Rectrices* 12. *Pulli* ſimiles pullis P. Carbonis.

105. Pelecanus *Baſſanus*, cauda cuneiformi, corpore albo, roſtro ſerrato, remigibus primoribus nigris, facie caerulea. L. S. N. XII. T. I. p. 217. Fn. Su. 147. Fn. Groenl. 59. Lath. Ind. 2. p. 891.
*Sula Baſſana*. Briſſ. Orn. 2. p. 492.
*Soland Gooſe*. Will. Orn. p. 328.
*Gannet*. Penn. Britt. Zool. 2. p. 612. t. 103. Arct. Zool. 2. p. 582.
*Fou de Baſſan*. Buff. Av. 8. p. 376.

Habitat in Oceano Norwegico verſus Marſtrand. Ad littora non accedit pelagica avis.

*Roſtrum* coeruleum apice albido margine tenuiſſime ſerratum. *Facies* ante, circa et ſub oculos, gula ad latera nuda coerulea. *Gula* nuda nigreſcens. *Stria* a ſinu oris ad nucham nuda nigra. *Corpus* album. *Remiges primores* et *tectrices* parvae plurimum nigra. *Pedes* coeruleſcentes.

Pulli primi anni fuſci, punctis albis trigonis.

COLYM-



## COLYMBUS.

*Roſtrum* edentulum, ſubulatum, rectum, acuminatum.
*Nares* lineares ad baſin roſtri.
*Lingua* baſi utrinque ſerrata.
*Tibiae* compreſſiſſimae.
*Pedes* palmati, tetradactyli, pone aequilibrium.

106. Colymbus *arcticus*, capite cano, collo ſubtus atro-violaceo: faſcia alba interrupta. L. S. N. XII. T. I. p. 221. Lath. Ind. 2. p. 800.
*C. arcticus*, pedibus palmatis indiviſis, jugulo nigro-purpuraſcente. Fn. Su. 150.
*C. arcticus*, capite et collo cinereis, gutture nigro-violaceo, dorſo nigro maculis quadrangularibus albis. Brünn. Orn. bor. p. 40.
*C. arcticus Hymber*. Gunner: Act. Nidr. I. p. 240. t. 2. f. 1.
*Loomen*. it. Gottl. p. 241.
*Lumme*. Worm. Muſ. p. 340. t. Q. q.
*Mergus* gutture nigro. Briſſ. Orn. 2. p. 391.
*Wormius his northern Doucker*. Will. Orn. p. 343.
*Blackthroated Diver*. Penn. Britt. Zool. 2. p. 527. t. 85. Arct. Zool. 2. p. 520.
*Speckled Diver* or *Loon*. Edw. Av. 3. t. 146.
*Le Lumme*. Buff. Av. 8. p. 261.
*Suecis*. Lom, Skarf.

Habitat in lacubus Sueciae. Nidificat in littore. Ova 2.

*Magnitudo* Anſeris minoris. *Caput* et *Cervix* cinerea. *Jugulum* atrum violaceo et viridi reſplendens. *Colli Pectoriſque* latera lineis longitudinalibus nigris albiſque alternis. Sub *gula* collare e maculis circiter 8 albis. *Supra* tota avis nigra maculis albis, *ſubtus* alba. *Pedes* rubentes.

K 2 107.

107. Colymbus *ſeptemtrionalis*, collo ſubtus macula ſcutiformi ferruginea. L. S. N. XII. T. I. p. 220. Fabr. Fn. Groenl. 61. Lath. Ind. 2. p. 801.

*C. arcticus.* Fn. Su. 150. Variet. in deſcriptione allata.

*C. Lumme*, corpore ſupra nigricante, ſubtus albo, collo antice ferrugineo. Brünn. Orn. bor. p. 39.

*C. arcticus collo ruſo.* Gunner: Act. Nidroſ. I. p. 244. t. 2. f. 2.

*Mergus gutture rubro.* Briſſ. Orn. 2. p. 390.

*Redthroated Diver.* Penn. Britt. Zool. 2. p. 526. t. 85. Arct. Zool. 2. p. 520.

*Redthroated Ducker or Loon.* Edw. Av. 2. t. 97.

*Suecis* Haſs Lom.

Habitat in mari Balthico, praeſertim circa Alandiam.

*Magnitudo* circiter praecedentis. *Roſtrum* ſulco utrinque longitudinali, inter ſulcos albeſcens. *Caput* et *Colli* latera cana vertice obſcuriore. *Jugulum* macula ſcutiformi ferruginea. *Cervix*, ſub jugulo et ad pectoris latera plerumque lineae longitudinales nigrae albaeque alternae. *Pectus* et *Abdomen* alba. *Criſſi* faſcia nigra. *Supra* nigra maculis inaequalibus albis.

Juniores macula ſcutiformi et albis dorſi carent.

## U R I A.

*Roſtrum* rectum, ſubulatum, lateribus compreſſum, mandibula ſuperiore verſus apicem parum curvata.

*Nares* lineares ad baſin roſtri in fovea.

*Lingua* integra.

*Tibiae* carinatae.

*Pedes* palmati, tridactyli, pone aequilibrium.

108. Uria *Grylle*, corpore atro, tectricibus alarum albis. Fabr. Fn. Groenl. 60. N. Act. Ac. Suec. 1781. p. 228. Lath. Ind. 2. p. 797.





*Colymbus Grylle*, pedibus palmatis tridactylis, corpore atro, tectricibus alarum albis. L. S. N. XII. T. I. p. 220. Fn. Su. 148.

*Grylle.* it. Gottl. p. 214.

*Uria minor nigra*, columba groenlandica vulgo dicta. Briſſ. Orn. 2. p. 379.

*The Greenland Dove or Sea Turtle.* Will. Orn. p. 326.

*Black Guillemot.* Penn. Britt. Zool. 2. p. 521. Arct. Zool. 2. p. 516.

*Petit Guillemot noir.* Buff. Av. 9. p. 358.

*Teiſte*, Columba Groenlandica major. Gunner: Act. Nidroſ. 1. p. 257. t. 4.

*Suecis* Griſla. *Gottlandis* Grylle. *Scanis* Iſte.

Habitat in mari Balthico ad Gottlandiam et Bornholmiam, in occidentali ad Torckow etc.

*Magnitudo* minoris Anatis, adulta tota nigra praeter maculam alarum albam et pedes rubros. Erronee *roſtrum* in Syſt. Nat. rubrum dicitur. At pedes junioris nigri aetate rubeſcunt.

Avis haec pro aetate plurimum variat, et hinc ſpecies multiplicarunt auctores.

α. *Uria grylloides.* Brünn. l. cit. eſt pullus primi anni.

β. *Uria balthica.* ibid. 115. 116.

*Uria minor ſtriata.* Briſſ. Orn. 2. p. 379.

*Spotted Guillemot.* Penn. Britt. Zool. 2. p. 85.

*Suecis* Sillknipa.

eſt adultior avis ſubtus alba nigro-maculata, maculaque alari variegata.

Hyeme caneſcere *Caput* adulti, *collum* anteriorque dorſi pars Linne', Fabricius, Mohr.

109. Uria *Troile* tota ſupra nigra, ſubtus remigibusque ſecundariis apice albis.

*U. Troile*, corpore nigro, pectore abdomineque niveo, remigibus ſecundariis apice albis. Lath. Ind. 2. p. 796.

*Colymbus Troile*, pedibus palmatis tridactylis, corpore nigro, pectore abdomineque niveo, remigibus, ſecundariis apice albis. L. S. N. XII. T. I. p. 220. Fn. Su. 149. Mohr Hiſt. Nat. Iſl. p. 37.

*Guillem*, *Guillemot* or *Seahen*, *Skout*, *Kiddaw*. Will. Orn. p. 324.

*Uria* et *Uria minor*. Briſſ. Orn. 2. p. 377 et 378.

*Fooliſh Guillemot*. Penn. Britt. Zool. 2. p. 579. Arct. Zool. 2. p. 576.

*Leſſer Guillemot*. Penn. Britt. Zool. 2. p. 520. t. 83.

*Guillemot*. Edw. Av. 7. t. 359. f. 1.

*Langwiren* og *Martens Lumbe*. Gunner: Act. Nidr. 3. p. 133.

*Alca* vel *Colymbus Languigia*. Ol. et Pov. it. Iſl. 1. p. 355. t. 21.

*Alca vel Colymbus Stuttneſia*. ibid. t. 22.

*Uria Lomvia*, *Troille*, *Swartbag*, *Ringuia* et *Alga*. Brünn. Orn. bor. p. 27. 28.

Habitat in mari Balthico et occidentali.

Etiam haec multum variat, an aetate ſolum vel et ſexu? Avis juxta Lund occiſa magnitudine fuit Anatis minoris, ſupra tota nigra, *Capite*, *Collo*, *Dorſo*, *Alis* praeter maculam ex apicibus remigum ſecundariorum albam, *Cauda* obſcure nigro-cineraſcente. Capitis vero et Colli *latera*, *Pectus*, *Abdomen*, *Criſſum* et *macula* memorata alba. A cantho poſteriore oculi ad nucham oblique ducta *faſcia* nigricans. Haec omnia conveniunt cum icone Pennantiana et Deſcript. Gunneri; at alia ad Engelholm occiſa faſciam non habuit, et ſub gula inque jugulo maculae aliquot obſervabantur nigricantes. *Alae* etiam binis albis lineis maculisque nonnullis in tectricibus pictae erant. Ex deſcriptionibus Auctorum et iconibus patet, alias etiam jugulo nigricante inſtructas eſſe. Nigredo etiam varia, in aliis perfecta, in aliis obſcure cinerea ad nigredinem vergens.



## PODICEPS.

*Roſtrum* edentulum, rectum ſubulatum, acutum.
*Nares* lineares.
*Lingua* apice leviter emarginata.
*Pedes* pone aequilibrium, *tibiis* compreſſiſſimis poſtice ſerratis, *digitis* lobatis.

110. Podiceps *criſtatus*, fuſcus, ſubtus albus, capite rufo tumido, remigibus ſecundariis albis. Lath. Ind. 2. p. 780.

*Colymbus criſtatus* pedibus lobatis, capite rufo, collari nigro, remigibus ſecundariis albis. L. S. N. XII. T. I. p. 222. Mohr Hiſt. N. Iſl. p. 39. t. 2.

*Colymbus* pedibus lobatis, capite rufo, collari nigro, remigibus nigris, ſecundariis albis. Fn. Su. 151.

*Colymbus cornutus*, Briſſ. Orn. 2. p. 370.

*Greater creſted and horned Doucker*. Will. Orn. p. 340.

*Great creſted Grebe*. Penn. Britt. Zool. 2. p. 497. Arct. Zool. 2. p. 498.

*Le Grebe cornu*. Buff. Av. 8. p. 235. *mas.*

*Le Grebe huppé*. ibid. p. 233. *foemina.*

*Le Grebe*. ibid. p. 227. *pullus.*

*Suecis* Silkand.

Habitat in utroque mari.

*Roſtrum* ſupra nigreſcens, ſubtus ſordide rufum. *Iris* ruberrima. *Criſta* gemina fuſca nuchae. *Collare* ex pennis deflexis tumidioribus, verſus nucham brevius, ad latera longius, ſub gula bifidum nigrum, verſus nucham cinnamomeum, vel etiam ſaturate ferrugineum marginibus nigris. *Capitis* pileus rufo-fuſcus. *Lora* nigra,

nigra, ſupra haec linea alba. *Cervix* et *Dorſum* fuſco-fuliginoſa. *Remiges* 27 *primores* nigreſcentes, *ſecundarii* albi, *tectricibus* albis. *Alarum margo* anterior albus. *Collum* ſubtus pallide ferrugineum. *Gula*, *Genae*, *Pectus*, *Abdomen* alba. *Rectrices* nullae. *Ungues* planae.

111. PODICEPS *auritus*, fuſco-nigricans, capite nigro, auribus criſtato-ferrugineis. Lath. Ind. 2. p. 781.

*Colymbus auritus*, pedibus lobatis, capite nigro, auribus criſtato-ferrugineis. L. S. N. XII. T. I. p. 222. Fn. Su. 152.

*Colymbus criſtatus*. *Sef Önd.* Ol. et Pov. it. Isl. 1. p. 550. t. 38.

*Colymbus cornutus minor*. Briſſ. Orn. 2. p. 371.

*Colymbus auritus*. Briſſ. Orn. 2. p. 371.

*Didapper*, *Dipper*, *Dobchick*, *Small Doucker*, *Loon*, *Arſfoot*. Will. Orn. p. 340.

*Eared Grebe*. Penn. Britt. Zool. 2. p. 500. t. 79. Arct. Zool. 2. p. 499.

*Eared Dobchick*. Edw. Av. 2. t. 96. f. 2.

*Petit Grebe huppé*. Buff. Av. 8. p. 235.

*Oſtrobotnienſibus* Fjorna. *Weſtrobotnienſibus* Skrăulom.

Habitat in mari. Ova 4. l. 5. Haec in aqua ex culmis radicibus nidum fixum, non libere natantem conficit, et incubat ovis, ut congeneres. MOHR.

Praecedente minor. *Roſtrum* nigrum, ad baſin maxillae inferioris rubrum. *Irides* rubrae. *Caput*, *Gula* nigra. *Criſtae* aurium ferrugineae, apice avellanaceo. *Cervix*, *Dorſum* fuſco-fuliginoſa. *Iugulum* et *Pectoris* initium avellanacea. Sub alis ferruginea. *Pectus*, *Abdomen* albo-ſericea. *Criſſum* nigreſcens. *Remiges* 1-11 nigri, 12, 13 apicibus albis, 14—24 albi rachi plerumque nigra, verſus apicem alba. *Rectrices* nullae.

112.



112. PODICEPS *obſcurus*, fuſco-nigricans, ſubtus albus, macula utrinque inter roſtrum et oculum, marginibus alarum remigibusque intermediis albis. Lath. Ind. 2. p. 782.

*Colymbus minor*. Briſſ. Orn. 2. p. 373.

*Duſky Grebe*. Penn. Britt. Zool. 2. p. 501. t. 78. f. 2. Arct. Zool. 2. p. 498.

*Black and white Dobchick*. Edw. Av. 2. t. 96. f. 1.

*Le petit Grebe*. Buff. Av. 8. p. 232.

Habitat in mari occidentali rarius.

*Caput* et *tota* Avis ſupra fuſco-nigricans. *Criſta* nulla. *Lora* et *Irides* ruberrima. *Margo* alarum et *remiges ſecundarii* albi. *Iugulum* album. *Pectus* et *Abdomen* albo-ſericea umbra hinc inde obſcura. *Pedes* colore variant purpureo-incarnati LATHAM intus ſolum, verum extus virideſcentes EDWARD, nigricantes *Nobis*.

113. PODICEPS *rubricollis* ſubcriſtatus fuſcus, gula genis regioneque aurium cineraſcentibus, collo ſubtus pectoreque ferrugineo-rubris, abdomine remigibusque ſecundariis albis. Lath. Ind. 2. p. 783. β.

*Colymbus Parotis* capite laevi nigro, gulae, aurium ac ſubocularium regionibus albidis nigro-lineatis Muſ. Carlſſ. 1. t. 9.

*Colymbus auritus*, Varietas 139. Brünn. Orn. bor. p. 42.

*Rednecked Grebe*. Penn. Arct. Zool. 2. p. 499.

Habitat in mari Balthico.

*Iris* citrina. *Caput* ſupra nigrum, ad latera et ſubtus album nigro-undulatum. *Cervix* nigreſcens, reliquum *Colli* ferrugineum. *Pectus*, *Abdomen*, *Remigum ſecundariorum* apices albi. *Dorſum* nigrum. *Latera* *Criſſum*, *Femora* extus fuliginoſa. *Unguis* intermedius albus.

Vario-

Varietatem *Colymbi* ſui *ſuberiſtati* juniorem ſuſpicatur Bechstein *Vög. Deutſchl.* 2. p. 791.

114. Podiceps *minor*, fulvo-fuſcus, corpore ſubtus, macula remigum uropygioque infimo albo-argenteis, collo ſubtus griſeo-fulvo. Lath. Ind. 2. p. 784.

*Colymbus auritus.* L. S. N. XII. T. I. p. 222. γ. an?

*Colymbus fluviatilis.* Briſſ. Orn. 2. p. 374.

*Little Grebe.* Penn. Britt. Zool. 2. p. 501.

*Le Grebe de la riviere ou Caſtagneux.* Buff. Av. 8. p. 244. t. 20.

Habitat in fluviis. Nidus natans. Muſ. Grill.

Minor reliquis. *Caput* fuſcum pileo obſcuriore in fulvum inclinante ut et *Dorſum*, *Collum*, *Pectus*, *Abdomen* cinereum. *Uropygium* argenteo-nitens. *Pedes* vireſcentes.

## LARUS.

*Roſtrum* nudum, edentulum, rectum, cultratum apice ſubadunco; *mandibula inferior* infra apicem gibba, angulata.

*Nares* lineares antice latiores, in medio roſtri ſitae.

115. Larus *tridactylus*, dorſo caneſcente, digito poſtico mutico. Odman N. Act. R. Ac. Suec. 1783. p. 113. Lath. Ind. 2. p. 817.

*L. tridactylus* albus, dorſo cano, extremitatibus remigum nigris, pedibus tridactylis. Fabr. Fn. Groenl. 63.

*L. Riſſa* albus, dorſo cano, rectricibus albis totis. Brunn. Orn. bor. p. 42. L. S. N. XII. T. I. p. 224.

*L. Rytſa*, Ol. et Pov. it. Isl. 2. p. 709. t. 25.

*Krykie*. Gunner: Act. Nidr. 3. p. 119.

*Kitti-*



*Kittiwake*. Penn. Britt. Zool. 2. p. 539. t. 89. Arct. Zool. 2. p. 529.

*β. adoleſcens.*

*L. cinerarius* albus, dorſo cano, macula pone oculos fuſca. L. S. N. XII. T. I. p. 224.

*Gavia cinerea minor.* Briſſ. Orn. 2. p. 409.

*Bellonius his Aſhcoloured Gull. Tarrock.* Will. Orn. p. 346.

*γ. junior.*

*L. tridactylus* albicans dorſo caneſcente, rectricum apicibus excepto extimo nigris, pedibus tridactylis. L. S. N. XII. T. I. p. 225. Fn. Su. 157.

*Tarrock.* Penn. Britt. Zool. 2. p. 540. Arct. Zool. 2. p. 533.

*Larus junior Rytſa-Unge.* Ol. et Pov. it. Isl. 2. p. 709. t. 24.

Habitat in utroque mari. Victus praeter Piſces etiam Mures, Oniſci, Lumbrici etc.

*Plur. Rev.* Odman, qui Larorum hiſtoriam egregie illuſtravit, ſecutus ſum. Erronee cit. *Cel.* Latham tab. 25. *Ol. et Pov.* quae Piſcem tradit, et tab. 24. eſt adulta avis. In deſcriptione ad *Kittiwake Cel.* Pennant omnino adultam avem intelligit, licet figuram var. *β.* dederit, maculam enim ad aures interdum adeſſe ait.

*Magnitudo* circiter Columbae. Primo anno obſcurus, ſaepe maculatus; macula nigra ad utrumque aurem et alia lunata Cervicis, quae ſi *Olavio* fides quandoquidem in collare nigrum coeunt. *Roſtrum* fuſco-nigrum. *Tectrices* remigum nigrae et *remigum* apices. *Altero anno* collare evaneſcit, maculae aurium ſolae manent. Nigredo tectricum in album colorem mutatur, uti etiam rectricum. Tandem *adulta* maculae aurium pereunt et *alba* fit tota avis praeter *Dorſum* canum, *Irides* et *Remiges*

nigros,

nigros, *Roſtrum* et *Oculorum* areas flavas. Loco digiti poſtici gibbus verruciformis muticus.

116. Larus *glaucus*, albus, dorſo aliſque canis, remigibus apice albis, roſtro flavo angulo croceo. Odman: N. Act. R. Ac. Su. 1783. p. 97. Lath. Ind. 2. p. 814.

*L. glaucus*, albus, dorſo et alis canis, remigum extremitatibus albis. Fabr. Fn. Groenl. 64. Brünn. Orn. bor. p. 44.

*L. argentatus* albus, dorſo aliſque canis, remigibus primoribus verſus apicem albis. Brünn. l. cit.

*L. hyperboreus* dorſo dilute cinereo, extremitatibus remigum albis. Leem Lappl. p. 283.

*Weisgraue Sturmmöwe.* Walbaum: Berl. Schrift. 8. 2. p. 111.

*Glaucous Gull.* Penn. Arct. Zool. 2. p. 532.

*Burgermeiſter.* Martens Spitzb. p. 60. t. L. lit. D.

*Suecis* Gråtrut.

Habitat in utroque mari. Ova 3 coeruleſcentia maculis 5 vel 6 nigris.

*Magnitudo* Anſeris. *Roſtrum* flavum 4 poll., apice valde adunco, inferior mandibula brevior, valde gibba angulo croceo. Nivea ſed *Dorſum* et *Alae* ſupra cana, *Remiges* omnes baſi cani, *primores* tandem fuſci nigreſcunt apice albo; ſecundarii cani apicibus albis, *Pedes* pallide fulvi.

Pulli primo anno ſordide fulvo-maculati, maculis ſenſim evaneſcentibus, carent quoque angulo roſtri croceo.

117. Larus *marinus* dorſo nigro, pedibus rubris. Odman: N. Act. R. Ac. Su. 1783. p. 101.

*L. ma-*



*L. marinus* albus, dorſo nigro. L. S. N. XII. T. I. p. 225. Fn. Su. 155. Fabr. Fn. Groenl. 66. Brünn. Orn. bor. p. 45. Lath. Ind. 2. p. 813.

*Mus.* it. Gottl. p. 214.

*L. maximus.* it. Weſtrog. p. 156.

*L. niger.* Briſſ. Orn. 6. p. 403.

*Great black and white Gull.* Will. Orn. p. 344.

*Blackbaked Gull.* Penn. Britt. Zool. 2. p. 528. Arct. Zool. 2. p. 527. Zool. Scot. p. 40. t. 5.

*Suecis* Hafs-trut, Grå-trut. *Scanis* Hafsmåka, Måſe.

Habitat in utroque mari. Ova 3 cinereo-virideſcentia maculis et lituris nigris.

*Magnitudo* Anſeris. *Irides* luteae. *Palpebrarum* margo aurantius: *Roſtrum* flaveſcens macula mandibulae inferioris rubra nigraque (in pullo deeſt) *Albus* totus praeter *Dorſum* et *Alas* nigras apicibus remigum nigris. *Pedes* rubri.

*Larus varius* Brünn. l. c. p. 45. Briſſ. l. c. p. 406. eſt hujus pullus ſecundum Fabricium, verum *L. fuſci* ſecundum Odman.

118. Larus *fuſcus*, dorſo fuſco, roſtri angulo fulvo, pedibus flavis. Odman: N. Act. R. Ac. Su. 1783. p. 105.

*L. fuſcus* albus, dorſo fuſco. L. S. N. XII. T. I. p. 225. Fn. Su. 154. Brünn. Orn. bor. p. 43. pedibus flavis. Lath. Ind. 2. p. 815.

*L. griſeus.* Briſſ. Orn. 2. p. 405.

*Herring Gull.* Will. Orn. p. 345. Penn. Britt. Zool. 2. p. 535. t. 88. Arct. Zool. 2. p. 527.

*Suecis* Trutt, Ljuſe, Sillmåka.

*β. pullus.*

*Gavia griſea.* Briſſ. Orn. 2. p. 407.

*Great*

*Great Grey Gull*, or the *corniſh Wagel.* Will. Orn. p. 349.

*Wagel.* Penn. Britt. Zool. 2. p. 536. t. 88. Arct. Zool. 2. p. 528.

Habitat in mari et lacubus.

Praecedente minor. *Albus* praeter *Dorſum* et *Alas* ſupra fuſco-cinereas. *Remiges* nigro-fuliginoſi, *primores* eo magis verſus apicem albi, quo principio propiores, nam prima penna alae nec albo apice in hac ſpecie notatur; *ſecundarii* 10 — 30 incluſive nigri apicibus albis. *Gibbus* mandibulae inferioris croceo colore tingitur. *Pedes* flavi.

β. Iunior Avis primi anni ſcolopacino colore l. cinereo exalbido pallido maculatus. *Pedes* cinerei. *Roſtrum* nigrum absque cantho oris coccineo, nec palpebrarum annulo coccineo gaudet. *Collum, Pectus* cinerea. *Remiges* cinerei apicibus nigris, ſed extimus nulla macula alba infra apicem ſcatet. *Rectrices* albae maculis fuſcis, verſus apicem nigrae, ſummo margine albae.

119. Larus *canus* dorſo cano pedibus flavis. Ödman. N. Act. R. Ac. Suec. 1783. p. 109.

*L. canus* albus, dorſo cano. L. S. N. XII. T. I. p. 224. Fn. Su. 153.

*L. canus* albus, dorſo cano, remigibus primoribus extremitate nigris, quarta et quinta macula apicis nigra, extima extus nigra. Lath. Ind. 2. p. 815.

*Gavia cinerea minor.* Briſſ. Orn. 2. p. 409.

*Common Sea Mall.* Will. Orn. p. 345.

*Common Gull.* Penn. Britt. Zool. 2. p. 538. t. 89. Arct. 2. p. 530.

*Suecis* Måſe, Fiſkmåſe, Homåka. *Scanis* Fiſkmåka. *Gotlandis* Mawe. *Lappis* Straule.

β.



β. *Gavia hyberna.* Buff. Orn. 2. p. 411.

*Larus maculatus.* Brünn. Orn. bor. p. 44. n. 146. 147.

*Winter Gull.* Britt. Zool. 2. p. 537. t. 86.

*Magnitudo* Columbae majoris. *Albus* praeter *Dorſum* et *Alas* canas. *Remiges primores* pone apicem album macula nigra. *Roſtrum* et *Pedes* flava.

β. *Roſtrum* nigrum vel pallidum apice nigro. *Caput* maculis oblongis fuſcis. *Sternum* maculis obſoletis ſparſis. *Dorſum* canum hinc inde maculatum. *Remiges primores* nigri, *ſecundarii* fuſci apice pallidiores. *Rectrices* albae macula majore nigra infra apicem. *Pedes* lividi. *Pullus.*

120. Larus *ridibundus* dorſo cano, capite fuſco-nigricante, palpebris roſtro pedibusque ſanguineis.

*L. ridibundus*, albidus capite nigricante, roſtro pedibusque rubris. L. S. N. XII. T. I. p. 225. Lath. Ind. 2. p. 811.

*L. ridibundus* caneſcens, roſtro pedibusque rubris. Ödman: N. Act. R. Ac. Suec. 1783. p. 120.

*Gavia ridibunda phoenicopos.* Briſſ. Orn. 2. p. 413.

*Pewit* or *Black Cap, Crow, Mirecrow.* Will. Orn. p. 347.

*Blackhead Gull.* Penn. Britt. Zool. 2. p. 541. Arct. Zool. 2. p. 529. Zool. Scot. p. 41. t. 5.

*Scanis* Horamåka ob ſonum hinnitum Equi mentiens.

Habitat ad littora Scaniae rarius.

*Major* praecedente. *Irides* flavo-fuſcae. *Palpebrae* ſanguineis papillulis obſitae et circulo albo incluſae. *Roſtrum* et *Pedes* ſanguinea. *Caput* fuſco-nigricans, in nucha et ſub gula ſaturatius. *Collum*, *Pectus*, *Abdomen*, *Criſſum*, *Cauda*, *Uropygium* alba. *Dorſum*, *Alae* cana. *Remiges primores* 6. baſi nigri, primus etiam in latere exteriore, reliqui cani.

121.

121. Larus *atricilla*, dorſo cano, roſtro rubro, capite pedibusque nigris, area oculorum alba.

*L. Atricilla* albus, capite nigricante, roſtro rubro, pedibus nigris. L. S. N. XII. T. I. p. 225. Lath. Ind. 2. p. 813.

*L. Atricilla*, caneſcens, roſtro rubro, pedibus nigris. Ödman: N. Act. R. Ac. Suec. 1783. p. 120.

*Gavia ridibunda*. Briſſ. Orn. 2. p. 412.

*Laughing Gull*. Penn. Arct. Zool. 2. p. 528.

*Mouette rieuſe*. Buff. Av. 8. p. 433.

Habitat in mari Balthico.

*Magnitudo* praecedentis. *Roſtrum* rubrum. *Caput* et *Cervicis* pars nigra. *Dorſum* et *Tectrices* alarum cana. *Remigum* primorum apices nigri. *Pedes* nigri, ceterum tota alba.

Dubium adhuc eſt, numne antecedentis ſola varietas.

## CATARACTA.

*Roſtrum* edentulum, rectum, apice aduncum, *cera* ad nares veſtitum.

*Nares* in medio roſtri margini propinquae, lineares, cerae quoad partem immerſae.

*Lingua* canaliculata, bifida.

122. Cataracta *paraſitica*, ſupra nigra, collo, pectore et abdomine albis, rectricibus duabus intermediis longiſſimis. Brünn. Orn. bor. p. 37.

*C. paraſitica*, rectricibus duabus intermediis longiſſimis. Fabr. Fn. Groenl. 68.

*C. Coprotheres* corpore toto fuſco, rectricibus duabus intermediis longioribus. Brünn. Orn. bor. p. 38. *Iunior avis.*

*Larus*



*Larus paraſiticus*, rectricibus duabus intermediis longiſſimis. L. S. N. XII. T. I. p. 226. Fn. Su. 156.

*Larus paraſiticus*, ſupra niger, collo, pectore et abdomine albis, rectricibus duabus intermediis longiſſimis. Lath. Ind. 2. p. 819.

*Sterna* rectricibus maximis nigris. Act. R. Ac. Suec. 1753. p. 291.

*Stercorarius longicaudus*. Briſſ. Orn. 2. p. 402.

*Arctic Gull*. Penn. Britt. Zool. 2. p. 533. t. 87. Arct. Zool. 2. p. 530.

*Arctic Bird*. Edw. Av. 3. t. 148. *adoleſcens*. t. 149. *pullus*.

*Labbe à longue queue*. Buff. Av. 8. p. 445.

*Tyv-joen*. Gunner: Act. Nidroſ. 3. p. 103.

*Die Polmöwe*. Lepech. it. 5. p. 224. t. 11.

*Suecis* Swartlaſſe, Elof, Labbe, Struntjager.

Habitat in utroque mari, ſupra grad. 57. Mores et piſcatura in Itin. Weſtrog. p. 182.

*Magnitudo* Cornicis. *Nigra* Pileus, Dorſum, Pedes. *Nigrofuſca* Alae, Cauda. *Alba* tota ſubtus et circa collum. *Rectrices 6. 6.* ceteris 4 poll. longiores.

Iuniores omnino fuſci, ſubtus licet pallidiores. Huc ſpectat figura inferior. *Penn.* l. c. et t. 149 *Edward.*

123. Cataracta *Skua*, ſupra fuſca ſubtus cinereo-ferruginea, cauda ſubaequali.

*C. ſkua* corpore ſupra e fuſco luteoque longitudinaliter maculato, macula alari alba, abdomine pallide luteſcente immaculato, cauda ſubaequali. Brünn. Orn. bor. p. 33.

*Larus Catarractes* griſeſcens, remigibus rectricibusque baſi albis, cauda ſubaequali. L. S. N. XII. T. I. p. 226. Lath. Ind. 2. p. 818.



*L.*

*L. fuſcus.* Briſſ. Orn. 2. p. 405.

*Cataracta.* Will. Orn. p. 348.

*Skua Gull.* Penn. Britt. Zool. 2. p. 529. Arct. Zool. 2. p. 531.

*Goeland brun.* Buff. Av. 8. p. 408.

Habitat in mari boreali, at recentiore tempore etiam maris balthici ſuperioris incola. Victus Piſces, Aves.

*Magnitudo* Anſeris minoris. *Roſtrum* cera nigra ſemitectum. *Caput*, *Collum*, *Dorſum*, *Tectrices Alarum* fuſco-ferrugineoque maculata. *Remiges* nigri a baſi ad medium albi. In 5 primoribus haec albedo extra tectrices prominet, unde faſcia alba, at 1. apice et extus fuſcus, reliqui apicibus tantum. *Subtus* cinereo-ferruginea. *Cauda* fuſca baſi alba. *Pedes* nigri unguibus validis.

## S T E R N A.

*Roſtrum* edentulum, ſubulatum, ſubrectum, acutum, compreſſiuſculum.

*Nares* lineares, ad baſin roſtri.

124. Sterna *Hirundo* cauda forficata: rectricibus duabus extimis albo nigroque dimidiatis. L. S. N. XII. T. I. p. 227. Fn. Su. 158. Fn. Groenl. 69. Lath. Ind. 2. p. 807.

*St. paradiſea* rectrice extima ala complicata multo longiore, fronte cum reliqua capitis parte nigra, Brünn. Orn. bor. p. 46.

*St. Hirundo*, fronte alba. Brünn. l. c. p. 45. var.

*St. major.* Briſſ. Orn. 2. p. 415.

*Great Tern.* Penn. Britt. Zool. 2. p. 545. t. 90. Arct. Zool. 2. p. 524.

*Grande*



*Grande Hirondelle de Mer.* Buff. Av. 8. p. 331. t. 27.

*Suecis* Tärna.

Habitat ubique ad aquas.

*Roſtrum* rubrum, dorſo et apice nigreſcens. *Capillitium* atrum. *Tempora*, *Gula* et *Juguli* pars, *Uropygium*, *Criſſum*, *Cauda* alba. *Dorſum* et *Alae* canae, etiam *Pectus* et *Abdomen*, ſed dilutius. *Remigum* rachides candidae 1. latere exteriore niger, reliquorum latus interius longitudinaliter dimidiato-nigrum. *Rectrices* 1. 1. 2. 2. exteriore margine ſuperne fuſcae vel nigricantes.

Mutationes ſecundum aetatem vide *Ol. et Pov. it. Isl.* 1. p. 577, qui contendit, avem quinto demum anno juſto habitu indutam inveniri.

Deſcriptionem adjungere placet Sternae prope Lund captae, quam neſcio an varietas ſit Hirundinis vel alia ſpecies.

Longitudo a roſtri apice ad caudae finem 9. poll. a roſtri apice ad apicem alae 11 poll. roſtri $\frac{11}{12}$ poll. *Roſtrum* totum nigrum. *Frons* cinerea, quo capiſtro propior, eo obſcurior. *Pileus* niger, antice in lineam rectam productus, poſtice in tres lobos diviſus, quorum unus utrinque pone oculum; tertius in nucham deſcendit. A baſi roſtri ad oculum linea, quae quo magis oculo propinqua eo obſcurior, donec circa oculum nigreſcat. *Gula* cinerea. *Collum*, *Pectus*, *Abdomen*, *Criſſum*, *Cauda*, *Alae* ſubtus nivea; albedo haec etiam collum cingit et inter lobos atros adſcendit. *Interſcapulium* nigreſcens. *Dorſum* et *tectrices* alarum griſeo-fuſca. *Uropygium* cinereum. *Remex* primus niger, latere interiore albus, reliqui chalybei; 1. 2. longitudine aequales, ceteri ſenſim decreſcentes ad $\frac{1}{8}$ poll. partes circiter. *Cauda* parum forficata, rectricibus apice rotundatis. *Pedes* breves, nigreſcentes, vix plus quam ſemipalmati. *Ungues* parvi,

 curvi,

curvi, compreſſi, acuti, nigri. *Digitus poſticus* parvus ungue ſimili.

125. Sterna *nigra* cauda ſubforficata, corpore cano, capite roſtroque nigro, pedibus rubris. L. S. N. XII. T. I. p. 227. Lath. Ind. 2. p. 810.

*St. nigra* cauda ſubforficata, corpore fuſco, capite roſtroque nigro, pedibus rubris. Fn. Su. 159.

*Sterna minor.* Briſſ. Orn. 2. p. 416.

*The brown Tern.* Will. Orn. p. 352.

Habitat Ultunae prope Upſaliam in minimarum inſularum carectis, in Weſtrogothia, Scania.

Praecedenti nonnihil minor. *Caput* atrum. *Roſtrum* nigrum, modice convexum, parum compreſſum. *Color* totius avis ſupra canus una cum *Gula*, *Pectore*. *Collum*, *Abdomen* fuliginoſa. *Tectrices* alarum inferiores et inferiores caudae niveae. *Alae* cauda longiores. *Remiges primores* 1 — 10 acuminati, *ſecundarii* 11 — 25 obtuſi, omnes unicolores. *Cauda* parum forcipata, rectricibus 12 alis concoloribus. *Pedes* rubri ſemipalmati. *Ungues* nigri rectiuſculi, medius introrſum marginatus.

*Sterna atricapilla Briſſ.* forte eadem avis.

126. Sterna *caſpia* cauda forficata alba breviore, roſtro coccineo, capillitio atro, pedibus nigris. Odman N. Act. R. Ac. Suec. 1782. p. 230.

*St. caſpia* corpore ſupra plumbeo-cinereo, ſubtus colloque albo, roſtro coccineo, capillitio pedibusque nigris. Lath. Ind. 2. p. 803.

*St. caſpica*, cauda breviore forficata, corpore ſubtus colloque albis, dorſo aliisque plumbeo-cinereis, roſtro coccineo, capillitio ac pedibus nigris, remigibus apice nigricantibus. Muſ. Carlſſ. 3. t. 62.

*St.*



*St. leucophaea* ſubtus nivea, capite nigro, remigibus primariis tectricibusque alarum fuſcis niveo rore quaſi candicantibus. *Pallas* N. Comm. Petrop. XIV. p. 582. t. 22. f. 2.

*St. Tſchegrawa* ſuperne ex albo cana, inferne nivea, capillitio nigro albedine irrorato, roſtro coccineo, pedibus nigris. *Lepechin:* N. Comm. Petrop. XIV. p. 500. t. 13. f. 2.

*Larus Atricilla.* N. Comm. Petrop. XV. p. 478. t. 22. f. 2.

*Caſpian Tern.* Penn. Arct. Zool. 2. p. 526.

*Roſlagis* Skränmäſe.

Habitat ad littora Roſlagiae, rarior avis. *Ova* 3 alba maculis parvis nigris.

*Major* Sterna Hirundine. *Roſtrum* intenſe rubrum. *Caput* ſupra atrum, in junioribus albo-maculatum. *Lora* alba. *Pectus* et *Abdomen* nivea. *Dorſum* ſubcaneſcens. *Alae* cineraſcentes remigibus extimis apice nigris. *Cauda* alba, brevis. *Pedes* nigri omnino palmati.

Roſtrum in junioribus album. Sparrman.

127. Sterna *nubiloſa* ſubtus alba, ſupra nigro-albo cineraſcentique varie fuſca, cauda forficata, roſtro pedibusque nigris. Muſ. Carlſſ. 3. t. 63.

In Finlandiae maritimis unicum Specimen a D. Doct. Gröndahl occiſum inter plurimas Sternas primae ſpeciei. Junior certe avis cujuscunque demum ſit ſpeciei. Ad *Sternum Boyſii* refert *Cel.* Latham. Juniorem St. Hirundinem facile crederet, niſi defectus capillitii nigri, quod teſte Olafsen mature ſatis apparet, aliter ſuaderet.

*Longitudo* 16 poll. *Roſtrum* ſtrictum, ſubulatum. *Frons*, *Genae*, *Gula*, *Jugulum*, *Pectus*, *Abdomen* alba. *Linea* inter oculos et roſtrum, *Vertex*, *Criſſum* cinereo-nebuloſa. *Cervix* nigro-maculata. *Interſcapulium* et

*Dor-*

*Dorſum* fuliginoſa cinereo-undulata. *Remiges primores* ſupra nigri, ſubtus fuſci, *ſecundarii* fuſci. *Cauda* ſupra nigricans, ſubtus fuſca, rectricibus 10, intermediis quatuor ſubaequalibus.

## 4. GRALLAE.

### PLATALEA.

*Roſtrum* planiuſculum, apice dilatato, orbiculato, plano.

*Pedes* tetradactyli, ſemipalmati.

128. Platalea *Leucorodia* corpore albo, gula nudiuſcula fulva, occipite criſtato.

*Pl. Leucorodia* corpore albo, gula nigra, occipite ſubcriſtato. L. S. N. XII. T. I. p. 231. Fn. Su. 160. Lath. Ind. 2. p. 667.

*Platea*. Briſſ. Orn. 2. p. 300.

*Spoonbill*. Will. Orn. p. 288. Penn. Britt. Zool. 2. p. 634. Append. t. 9. Arct. Zool. 2. p. 441.

*La ſpatule*. Buff. Av. 7. p. 448. t. 24.

*Suecis* Pelikan.

Habitat in Weſtrobothnia et Lapponia aeſtate rarius. *Victus* Amphibia, Piſces, Inſecta. Nidificat in arboribus.

*Roſtrum* atrum (forte pro aetate variat. Cfr. *Worm. Muſ. p.* 310.) macula fulva ſupra apicem. Alia ejusmodi macula in utraque gena. *Criſta* pone dependens. *Cutis* ſubnuda fulva ad latera mandibulae inferioris et ſub gula, quae in exuviis farctis nigra evadit. *Irides* flammeae. *Linea* depreſſa a naribus baſin roſtri circumdat. *Lingua* brevis cordata. *Pedes* nigri, praeterea tota avis alba.

ARDEA.



### ARDEA.

*Roſtrum* rectum, longum, ſubcompreſſum, acutum, ſulco e naribus verſus apicem exaratum.

*Nares* lineares.

*Pedes* tetradactyli.

129. Ardea *Grus* occipite nudo papilloſo, pileo remigibusque nigris, corpore cinereo, tectricibus intimis laceris. L. S. N. XII. T. I. p. 234. Fn. Su. 161. Lath. Ind. 2. p. 674.

*Grus*. Briſſ. Orn. 2. p. 307.

*Crane*. Will. Orn. p. 274. Penn. Britt. Zool. 2. p. 629. tab. App. 6. Arct. Zool. 2. p. 453.

*La Grue*. Buff. Av. 7. p. 286. t. 14.

*Suecis* Trana.

Habitat paſſim in campis humidis.

*Roſtrum* viride. *Capitis* pileus niger *occipite* nudiuſculo papilloſo, pone hoc macula triangula cinerea. *Tempora* alba. *Gula* et dimidium *Jugulum* fuſca. *Corpus* canum. *Remiges* nigri *tectricibus* ultimis longioribus, laxioribus, dependentibus, laceris. *Cauda* nigricans. *Femora* ſeminuda. *Pedes* nigri.

130. Ardea *Ciconia* alba, orbitis nudis remigibusque nigris, roſtro, pedibus cuteque ſanguineis. L. S. N. XII. T. I. p. 235. Lath. Ind. 2. p. 676.

*A. Ciconia* alba remigibus nigris, cute ſanguinea. Fn. Su. 162.

*Ciconia alba*. Briſſ. Orn. 2. p. 305.

*The Common or white Stork*. Will. Orn. p. 286.

*White Stork*. Penn. Arct. Zool. 2. p. 455.

*Cigogne blanche*. Buff. Av. 7. p. 253. t. 12.

*Suecis* Storck.

Habitat

Habitat in Gothia, rarius tamen ſupra Scaniam. Nidificat ſuper tectis, caminis, turribus, altis decollatis arboribus. Edit Serpentes, Ranas, non vero Bufones.

*Alba* ſunt Caput, Collum, Venter, Cauda, *nigri* Remiges, *rubra* Roſtrum, Pedes. *Palpebrae* nigrae baſi rubra. *Cutis* ſanguinea, minus in jugulo rubra. *Lingua* breviſſima.

131. Ardea *nigra*, nigra, orbitis nudis, pectore abdomineque albo. L. S. N. XII. T. I. p. 235. Lath. Ind. 2. p. 677.

*A. nigra* pectore abdomineque albis. Fn. Su. 163.

*Ciconia fuſca*. Briſſ. Orn. 2. p. 304.

*Black Stork*. Will. Orn. p. 286. Penn. Arct. Zool. 2. p. 456.

*Cigogne noire*. Buff. Av. 7. p. 271.

*Suecis* Odenſwala.

Habitat in Suecia rarius, ſed transmigrat verſus arcticum. Victus Piſces, Scarabaei, an Ranae?

*Nigra* ſunt Caput, Collum usque ad Sternum, Dorſum, Alae, Cauda, ita tamen ut aeneo colore niteant. *Pectus* et *Venter* alba. *Femora* ſeminuda una cum *Roſtro Pedibusque* in adultis rubra, in junioribus ſordide viridia.

132. Ardea *Stellaris* capite laeviuſculo, ſupra teſtacea maculis transverſis, ſubtus pallidior maculis oblongis fuſcis. L. S. N. XII. T. I. p. 239. Fn. Su. 164. Act. Phyſiogr. Lund. 1. p. 305. Lath. Ind. 2. p. 680.

*Botaurus*. Briſſ. Orn. 2. p. 327.

*Bittour*, *Bittern* or *Miredrum*. Will. Orn. p. 282.

*Bittern*. Penn. Britt. Zool. 2. p. 424. Arct. Zool. 2. p. 451. Edw. Av. 3. t. 136.

*Le*



*Le Butor*. Buff. Av. 7. p. 411. t. 21.

*Suecis* Rördrom.

Habitat in paludoſis.

*Roſtrum* obſolete nigrum, validum, acutum. *Nares* oblongae valvula ſeu ſquama a latere ſuperiore tectae, dehinc ſulcus ad roſtri apicem. *Lingua* anguſta, trigona. *Femora* ſeminuda viridia. *Ungues* leviter arcuati, poſtico longiore. *Remiges* 22. *Rectrices* 12 obtuſae. Color corporis *ſupra* ruſo-teſtaceus maculis transverſis, *ſubtus* vero dilutior maculis pennarum longitudinalibus. Capitis color luci objectus a roſtro ad collum niger apparet. Iratus pennas dimittit more Tringae pugnacis. *Mas* maculis anguſtioribus pictus.

133. Ardea *cinerea* fronte alba, occipite criſta nigra dependente, corpore cinereo, collo ſubtus linea faſciaque pectorali nigris. Lath. Ind. 2. p. 691.

*Iunior.*

*A. cinerea* occipite nigro laevi, dorſo coeruleſcente, ſubtus albida, pectore maculis oblongis nigris. L. S. N. XII. T. I. p. 236.

*A. cinerea* occipite criſta pendula, dorſo coeruleſcente, ſubtus albida, pectore maculis oblongis nigris. Fn. Su. 165.

*Ardea*. Briſſ. Orn. 2. p. 314.

*Aldrowandus his third ſort of aſhcoloured Heron*. Will. Orn. p. 278.

*Common Heron Female*. Penn. Britt. Zool. 2. p. 421. t. 61.

*Heron*. Buff. Av. 7. p. 342. t. 19.

*Adulta quadriennis.*

*Ardea major* occipite criſta nigra dependente, corpore cinereo, collo ſubtus linea faſciaque pectorali nigris. L. S. N. XII. T. I. p. 236.

*A.*

*A. criſtata.* Briſſ. Orn. 2. p. 315.
*The common Heron, or Heronshaw.* Will. Orn. p. 277.
*Common Heron, Male.* Penn. Britt. Zool. 2. p. 421.
*Heron hupé.* Buff. Av. 7. p. 342.
*Suecis.* Häger.

Habitat ad Aquarum ripas. Victitat Piſcibus, Ranis, etiam aviculis. Nidificat in arboribus.

Junior Avis. *Roſtrum* maxilla ſuperiore nigra, inferiore carnea. *Caput, Cervix, Dorſum, Remiges primores* coeruleſcenti-cana, *ſecundarii* et *Alula* nigra. *Iugulum* et *Pectus* albida maculis oblongis nigris. *Femora* ſubtus flaveſcentia. *Pedes* viridi-nigricantes. *Digiti intermedii* unguis extrorſum ſerratus, *extimus* adnexus intermedio. Tandem capitis pennae elongantur et ſenſim nigreſcunt, ut *criſta* fiat pendula nigra. *Frons* albeſcit. *Color* canus in cinereum mutatur, et faſcia pectoralis apparet, maculis jaguli evaneſcentibus. Conf. Matuschka in *Berl. Schrift.* T. 5. p. 411.

134. Ardea *alba* capite laevi, corpore albo, roſtro fulvo, pedibus nigris. L. S. N. XII. T. I. p. 239. Fn. Su. 166. Lath. Ind. 2. p. 695.
*A. candida.* Briſſ. Orn. 2. p. 322.
*The great white Heron.* Will. Orn. p. 279.
*White Heron.* Penn. Britt. Zool. 2. p. 427. t. 62. Arct. Zool. 2. p. 445.
*Heron blanc.* Buff. Av. 7. p. 365.

Habitat — in Scania ad Araſlöf olim viſa.

Tota nivea. *Criſta* caret. *Roſtrum* luteum. *Lora* viridia. *Unguis* medius introrſum ſerratus.

TAN-



## TANTALUS.

*Roſtrum* longum, ſubulatum, tereti uſculum, ſubarcuatum.
*Facies* nuda ultra oculos.
*Lingua* brevis, lata.
*Saccus* jugularis nudus.
*Nares* ovatae.
*Pedes* tetradactyli, baſi palmati.

135. Tantalus *Falcinellus*, facie nigra, pedibus coeruleis, alis caudaque violaceis, corpore caſtaneo. L. S. N. XII. T. I. p. 241. Lath. Ind. 2. p. 707.
*Numenius viridis.* Briſſ. Orn. 2. p. 293.
*Falcinellus.* Will. Orn. p. 295.
*Bay Ibis.* Penn. Arct. Zool. 2. p. 460.
*Courly verd.* Buff. Av. 8. p. 29.

Habitat in Gottlandia.

*Corpus* caſtaneum maculis parvis fuſcis albisque in capite et collo antico. *Facies* nuda nigra, *Roſtrum* nigrum, *Pedes* cyanei. *Alae, Rectrices, Uropygium* violacea.

## SCOLOPAX.

*Roſtrum* teretiuſculum, obtuſum, capite longius.
*Nares* lineares.
*Facies* tecta.
*Pedes* tetradactyli, *digito poſtico* pluribus articulis inſiſtente.

* *Roſtro arcuato.* Numenii *Lath.*

136. Scolopax *Arquata* roſtro arcuato, pedibus coeruleſcentibus, alis nigris maculis niveis. L. S. N. XII. T. I. p. 242. Fn. Su. 168.

Nume-

*Numenius Arquata* cinereſcente nigroque varius, pedibus coeruleſcentibus, alis nigris maculis niveis. Lath. Ind. 2. p. 710. It. Scan. p. 333.

*Numenius.* Briſſ. Orn. 2. p. 290.

*Curlew.* Will. Orn. p. 294. Penn. Britt. Zool. 2. p. 429. t. 63. Arct. Zool. 2. p. 462.

*Le Courlis.* Buff. Av. 8. p. 19.

*Suecis* Spof. *Scanis* Tullare, Longnäbba. *Venatoribus* Brockfogel. *Sudermannis* Windſpole.

Habitat in paludibus et littoribus marinis.

*Roſtrum* 5 pollicare nigrum. *Caput*, *Collum* et *Tectrices* alarum teſtacea, macula ſingulae pennae media ſubrhombea fuſco-nigra. *Pectus* flaveſcens maculis oblongis fuſcis. *Abdomen* ſimile, ſed albidum magis. *Criſſum* album. *Dorſum* verſus uropygium album maculis oblongis fuſcis. *Remiges* nigri latere interiore albomaculato. *Rectrices* 12 teſtaceae faſciis 12 nigricantibus. *Pedes* plumbei.

137. Scolopax *Phaeopus* roſtro arcuato, pedibus coeruleſcentibus, maculis dorſalibus fuſcis rhomboidalibus. L. S. N. XII. T. I. p. 243. Fn. Su. 169.

*Numenius Phaeopus* roſtro nigro, pedibus coeruleſcentibus, maculis dorſalibus fuſcis rhomboidalibus, uropygio albo. Lath. Ind. 2. p. 711.

*Numenius minor.* Briſſ. Orn. 2. p. 291.

*The Whimbrel.* Will. Orn. p. 294. Penn. Britt. Zool. 2. p. 430. t. 64. Arct. Zool. 2. p. 462. Edw. Av. 6. t. 307.

*Le Courlieu* ou *petit Courlis.* Buff. Av. 8. p. 27.

*Suecis* Små Spof, Mellan Spof, Quidbonde.

Habitat in paludibus.

Prae-



Praecedenti minor. *Roſtrum* 3 poll. nigrum. *Caput*, *Collum* et *Pectus* teſtacea maculis longitudinalibus acuminatis, inferioribus velut ſinu arcuatis. *Venter* albus, pone femora maculae diſtinctae. *Dorſum* teſtaceum maculis transverſis nigris, poſtice album. *Cauda* cinerea vel potius teſtacea faſciis fuſcis. *Remiges* nigricantes rachi alba maculisque ſemiorbiculatis albis. *Pedes* plumbei.

Foemina a b. Leche deſcripta. *Caput* dilutius cinereum rachidibus obſcurioribus, pileo fuſco-cinereo. *Remiges* 26, quorum 1 rachi alba; 1 — 5 apice et exteriore latere nigri, 6 et ſequentes non tantum a latere exteriore ſed et interiore maculis 5 ad 12 albis. *Rectrices* 14 faſciis 8 pallidioribus totidemque obſcurioribus alternis. *Uropygium* album lineis nigricantibus.

* * *Roſtro recto.* Scolopaces *Lath.*

138. Scolopax *fuſca* roſtro apice inflexo, corpore nigro-albo-nebuloſo, uropygio aliſque ſubtus albis. L. S. N. XII. T. I. p. 243. N. Act. R. Ac. Suec. 1783. p. 48. Lath. Ind. 2. p. 724.

*Limoſa fuſca.* Briſſ. Orn. 2. p. 280.

*Duſky Snipe.* Penn. Arct. Zool. 2. p. 471.

*La Barge brune.* Buff. Av. 7. p. 508.

Habitat in Uplandiae humidis.

*Roſtrum* longiſſimum, gracile, aequale, apice laeve. *Mandibula ſuperior* apicem verſus parum inflexa, *inferior* verſus baſin incarnata. *Nares* lineares. *Supercilia* alba. *Caput et Cervix* fuſco-griſea undulis parvis albis. *Dorſum* ex fuſco et albo maculatum (pennis dorſi longioribus margine et apice maculis albis). *Alae* ſupra ex nigro, fuſco et albo maculatae. *Uropygium* album. *Pectus* obſcure cinereum albo et fuſco varium. *Remiges* fuſci, primi rachi nivea, *ſecundarii* ſubtus albo-maculati.

lati. *Rectrices* breves, obtuſae, fuſcae faſciis albis. *Unguis poſticus* breviſſimus. Tringae littoreae valde affinis, ordine vero inter Scolopaces ad Glottidem accedit. Tengmalm.

139. Scolopax *ruſticola* roſtro recto baſi ruſeſcente, pedibus cinereis, femoribus tectis, faſcia capitis nigra. L. S. N. XII. T. I. p. 243.

*Sc. ruſticola* caſtaneo-nigro-griſeoque varia, ſubtus ruſeſcens faſciolis nigris, faſcia capitis nigra, femoribus tectis. Lath. Ind. 2. p. 713.

*Sc. ruſticola* roſtro recto laevi, pedibus rufis, femoribus tectis, unguibus pollicum obſoletis. Fn. Su. 170.

*Scolopax.* Briſſ. Orn. 2. p. 284.

*Woodcock.* Will. Orn. p. 289. Penn. Britt. Zool. 2. p. 433. t. 65.

*European Woodcock.* Penn. Arct. Zool. 2. p. 470.

*La Becaſſe.* Buff. Av. 7. p. 462. t. 25.

*Suecis* Morkulla.

Habitat in appropriatis locis, volitans per noctes quaſi viam ſtrictiſſimam in ipſo aere itu redituque continuo. Per hiemes in Anglia, Gallia, Belgio etc. habitat, inde matrimonio juncta vere diſcedit, Victitat lumbricis, inſectis, ideoque aeſtate deſerit terras auſtrales, et hieme boreales.

Corpus *ſupra* griſeum ſtrigis transverſis nigris cum maculis ſaepe nigris temere ſparſis; *ſubtus* albicat totum cum ſtriis nigris. *Cauda* breviſſima, *rectricibus* nigris apicibus ſupra canis ſubtus niveis; margo lateralis exterior rectricum teſtaceo-variegatus. *Roſtrum* rectum digitis duplo longius, ad latera rugoſum, utrinque ſulco exaratum; apex glaber; maxilla ſuperior productior apice



apice ſubtus gibba. *Linea* nigra a roſtro ad oculos. *Oculi* a roſtro ſolito longius remoti, ſub vertice. *Collum* ſubtus ferrugineum lineis 4 transverſis nigris. *Venter* maculatus ut reliquum corpus. *Pedes* cinerei, ad genua tecti, breves. *Unguis* pollicis obſoletus.

140. Scolopax *paludoſa* rufo nigroque varia ſubtus albida nigro-undulata, loris ſuperciliisque nigris. Lath. Ind. 2. p. 714.

*Becaſſe des Savanes.* Buff. Av. 7. p. 481.

Habitat in ſuperiori Suecia. D. Ass. Landroth.

*Roſticola* minor. *Roſtrum Pedeſque* fuſci. *Gula* albida. Latham.

141. Scolopax *Gallinago* roſtro recto apice tuberculato, pedibus fuſcis, frontis lineis quaternis fuſcis. L. S. N. XII. T. I. p. 244. Fn. Su. 173.

*Sc. Gallinago* roſtro tuberculato, corpore nigricante et fulvo vario ſubtus albo, frontis lineis fuſcis quaternis. Lath. Ind. 2. p. 715.

*Sc. Gallinago* lineis frontis fuſcis ternis, rectricibus lateralibus albis. Brünn. Orn. bor. p. 48. *foemina.*

*Gallinago.* Briſſ. Orn. 2. p. 285.

*The Snipe or Snite.* Will. Orn. p. 290

*Common Snipe.* Penn. Britt. Zool. 2. p. 448. t. 68. Arct. Zool. 2. p. 465.

*La Beccaſine.* Buff. Av. 7. p. 483.

*Suecis* Horsgök. *Venatoribus* Beccaſin.

Habitat in carectis.

*Roſtrum* longiſſimum pallidum, extimo atrum apice punctis inaequalibus excavatis. *Caput* teſtaceo-pallidum: lineis quatuor fuſcis longitudinalibus, quarum exteriores per oculos ducunt. *Collum* griſeum maculis fuſcis.

fuſcis. *Sternum* et *Venter* alba. *Alae* nigro-cinereae pennis nigricantibus, margine exteriore longitudinaliter pallide teſtaceo: diſco punctato. *Remigum* primus a latere anteriore totus albus, *ſecundarii* apicibus albent linea alba transverſali, hinc clauſis alis linea alba. *Cauda* brevis, rectricibus (14 *Penn.*) nigris faſciis ferrugineis, apice albidis. *Femora* ſeminuda. *Digitus poſticus* unico articulo breviſſimus, et intermedius longitudine tibiae.

*Foemina* non niſi tribus faſciis capitis ornatur (*Brünn.*). *Remiges primores* immaculati. *Rectrices* (16 *Brünn.*) quatuor laterales albae baſi infima nigra.

*Obs.* Puncta tum elevata tum excavata in roſtro harum avium vix niſi aliquo tempore poſt mortem obſervantur.

142. Scolopax *Gallinula* roſtro recto tuberculato, pedibus vireſcentibus, loris fuſcis, uropygio violaceo vario. L. S. N. XII. T. I. p. 244. Lath. Ind. 2. p. 715.

*Gallinago minor.* Briſſ. Orn. 2. p. 287.

*Gid*, *Jackſnipe* and *Judcock.* Will. Orn. p. 291.

*Scolopax minima.* Brünn. Orn. bor. p. 49.

*Jackſnipe.* Penn. Britt. Zool. 2. p. 451. t. 68. Arct. Zool. 2. p. 464.

*Petite Beccaſine.* Buff. Av. 7. p. 490.

*Suecis* Rörſnäppa.

Habitat in humidis.

Praecedenti multo minor. *Corpus* varium e teſtaceo, nigro-violaceo viridique nitente. *Caput* lineis luteis (duabus latioribus) nigrisque a roſtro ad occiput ductis. *Lora* nigricantia. *Roſtrum* fuſcum. *Pedes* vireſcentes. *Pectus* maculatum. *Uropygium* violaceum albo-varium. *Cauda* fuſca teſtaceo-marginata, rectricibus acutis.

143.



143. Scolopax *Glottis* roſtro recto baſi inferiore rubro, corpore ſubtus niveo, pedibus vireſcentibus. L. S. N. XII. T. I. p. 245. Fn. Su. 171.

*Sc. Glottis* griſeo-fuſca, maculis nigricantibus varia, ſuperciliis, dorſo infimo corporeque ſubtus albis, rectricibus albis faſciis fuſcis. Lath. Ind. 2. p. 720.

*Limoſa griſea major.* Briſſ. Orn. 2. p. 279.

*Greater Plower of Aldrovand.* Will. Orn. p. 445.

*Greenſhank.* Penn. Britt. Zool. 2. p. 445. Arct. Zool. 2. p. 469.

*La Barge variée.* Buff. Av. 7. p. 503.

*Suecis* Glutt.

Habitat in paludibus.

*Roſtrum* nigrum baſi inferioris maxillae rubra. *Caput* et *collum* cinerea lineis fuſcis longitudinalibus. *Supercilia* alba. *Dorſum* pennis nigris margine griſeis apicibus albis tectum. *Pectus*, *Abdomen*, *Hypochondria*, *Criſſum*, *Alarum tectrices* alba immaculata. *Remiges* fuſci latere interiore albo-maculati. *Rectrices* albae fuſco-faſciatae.

144. Scolopax *Calidris* roſtro recto rubro, pedibus coccineis, remigibus ſecundariis albis. L. S. N. XII. T. I. p. 245. Lath. Ind. 2. p. 722.

*Sc. Totanus*, roſtro recto baſi rubro, pedibus coccineis, remigibus ſecundariis albis. Fn. Su. 167.

*Totanus.* Briſſ. Orn. 2. p. 261.

*Redſhank* or *Pool Snipe.* Will. Orn. p. 299.

*Redſhank.* Penn. Britt. Zool. 2. p. 446. t. 65. Arct. Zool. 2. p. 468.

*Chevalier aux pieds rouges.* Buff. Av. 7. p. 513. t. 28.

*Scanis* Rödbena.

Habitat ad paludes.

M *Roſtrum*

*Roſtrum* capite longius ſubulatum laeve, a baſi ad medium rubrum, dein nigrum, apice ſuperiore deorſum, inferiore ſurſum leviter flexo. *Caput*, *Collum*, *Dorſum* nigro-cinerea maculata. *Pectus* album nigris maculis. *Abdomen* album. *Femora* ſeminuda. *Pedes* longi, rubri, plantis parum palmatis. *Alae* cauda longiores, remigibus primoribus nigricantibus, *ſecundariis* 11 — 21 albis. *Cauda* brevis tectricibus fere occultata, albida transverſim nigro undulata.

145. Scolopax *limoſa* roſtro ſubrecurvato baſi rubro, pedibus fuſcis, remigibus macula alba: quatuor primis immaculatis. L. S. N. XII. T. I. p. 245. Lath. Ind. 2. p. 719.

*Sc. Limoſa* roſtro recto laevi, pedibus fuſcis, remigibus macula alba: quatuor primis immaculatis. Fn. Su. 172.

*Sc. Jardreka* roſtro recto laevi, pedibus plumbeis, remigibus linea obliqua uropygioque albo, rectricibus macula nigra. Fabr. Fn. Groenl. 72.

*Jadreka*, *Scolopax Jardreka*. Ol. et Pov. it. Isl. 2. p. 984. t. 48.

*Limoſa*. Briſſ. Orn. 2. p. 277.

*The ſecond ſort of Godwit*. Will. Orn. p. 295.

*Leſſer Godwit*. Penn. Britt. Zool. 2. p. 444. Arct. Zool. 2. p. 467.

*La Barge commune*. Buff. Av. 7. p. 500. t. 27.

Habitat in Carectis.

*Magnitudo* Vanelli. *Caput*, *Collum*, *Pectus* flaveſcentia transverſe fuſco-maculata. *Roſtrum* longiſſimum rubrum, verſus apicem nigrum; baſin ambiunt pennae albo-rufeſcentes. *Dorſum* fuſcum. *Abdomen* albicans maculis cinereo-flaveſcentibus. *Latera* cinerea immaculata. *Remiges* nigricantes, 1 — 3 ſcapo albo, 5 — 13 a baſi ad medium albi. *Rectrices* baſi albae, magis exteriores.



146. Scolopax *Lapponica* roſtro ſubrecurvato flaveſcente, pedibus nigris, ſubtus tota rufo-ferruginea. L. S. N. XII. T. I. p. 246. Lath. Ind. 2. p. 718.

*Sc. Lapponica* roſtro ſubrecurvato, pedibus nigris, pectore ferrugineo. Fn. Su. 174.

*Limoſa rufa*. Briſſ. Orn. 2. p. 281.

*Red Godwit*. Penn. Britt. Zool. 2. p. 442. t. 67. Arct. Zool. 2. p. 466.

*Redbreaſted Godwit*. Edw. Av. 3. t. 138.

*La Barge rouſſe*. Buff. Av. 7. p. 504.

Habitat in paludoſis, inprimis Lapponiae.

*Roſtrum* ſubadſcendens flavum apice nigro. *Caput*, *Collum*, *Dorſum* nigricans maculis ferrugineis, *ſubtus* ferruginea immaculata, *jugulo pectoreque* obſcuriore. *Supercilia* ferruginea a roſtro ſupra oculos per collum deſcendentia. *Uropygium* albido-ferrugineum maculis nigris oblongis. *Rectrices* albae fuſco-faſciatae. Variat plurimum colore plus minus ſubtus rufo, an aetate tantum vel et ſexu?

## T R I N G A.

*Roſtrum* teretiuſculum, longitudine capitis.

*Nares* lineares.

*Pedes* tetradactyli: *digito poſtico* uniarticulato, a terra elevato.

147. Tringa *pugnax* roſtro pedibusque ſubrubris, rectricibus tribus lateralibus immaculatis, facie papillis granulatis carneis (maris) L. S. N. XII. T. I. p. 247. Fn. 175. Lath. Ind. 2. p. 725.

*Pugnax.* Briſſ. Orn. 2. p. 273.

*The Ruff, Reeve.* Will. Orn. p. 302. Penn. Britt. Zool. 2. p. 457. t. 69. Arct. Zool. 2. p. 479.

*Le Combattant ou Paon de Mer.* Buff. Av. 7. p. 521. t. 29. 30.

*Suecis* Brushane.

Habitat in paludoſis praeſertim Scaniae.

Coloribus adeo variant Mares, ut ex his nulla nota praeter *Tectrices alarum*, quae cinereo-fuſcae, et *rectrices* 1, 1. 2, 2. quae his fere concolores et immaculatae ac 5. 5. 6. 6. quae fuſco-nigroque faſciatae. Sub collo pennae elongatae verno et aeſtivo tempore in adultis et faſciculus cervicis ad utrumque latus divergentium pennarum. *Roſtri* et *Pedum* color etiam diverſus inter flavum et rubrum.

*Foemina* caret faſciculo Cervicis et pennis juguli elongatis ac papillis faciei. *Colore* pallide fuſca, dorſo nigro-maculato pennis leviter albo-marginatis. *Cauda* fuſca, rectricibus mediis nigro-maculatis, tribus exterioribus utrinque immaculatis. *Pectus* et *Abdomen* albida. *Pedes* ſordide lutei.

148. Tringa *Vanellus* pedibus rubris, criſta dependente, pectore nigro. L. S. N. XII. T. I. p. 248. Fn. Su. 176. Lath. Ind. 2. p. 726.

*Vanellus.* Briſſ. Orn. 2. p. 236.

*Lapwing, Baſtard Plower* or *Pewit.* Will. Orn. p. 307.

*Lapwing.* Penn. Britt. Zool. 2. p. 453. Arct. Zool. 2. p. 480.

*Vanneau.* Buff. Aves 8. p. 48. t. 4.

*Suecis* Wipa, Kowipa. *Gotlandis* Blăcka.

Habitat ubique in pratis depreſſis, copioſe in Scania campeſtri. Prima omnium Grallarum quae redit, nunquam tuta veris nuncia.

Mas.



Mas. *Caput* ſupra nigrum plumis longis pone reclinato-pendulis in criſtam ſub inceſſu erectam. *Roſtrum* nigrum. *Gula* verſus collum deorſum nigra. *Pectorale* nigrum. *Tempora* alba. Ad oculos *linea* nigra. *Collum* ſupra cinereum. *Dorſum* e brunneo-coeruleo-viridi-ferrugineo-violaceoque ſplendens. *Pectus* album. *Alarum tectrices* collo concolores, ſed magis coeruleae. *Remiges* 24 nigri, *primores* 4 l. 5 apice albent, *ſecundarii* verſus baſin. *Cauda* aequalis rectricibus 12 albis a medietate exteriore nigris apicibus pallidis, exceptis 1. 1. totis albis macula nigra prope apicem. *Tectrices* caudae utrinque ferrugineae. *Pedes* rubri.

Foemina differt *gula* alba nec ut in mare nigra, coloribus minus viridis et criſta breviore.

149. Tringa *Gambetta* roſtro pedibusque rubris, corpore luteo cinereoque variegato, ſubtus albo. L. S. N. XII. T. I. p. 248. Fn. Su. 177. Lath. Ind. 2. p. 728.

*Tr. variegata* ſupra fuſca luteo-maculata, ſubtus cineraſcens, abdomine albo, rectricibus nigricantibus apice lituraque luteis. Brünn. Orn. bor. p. 54.

*Totanus ruber.* Briſſ. Orn. 2. p. 262.

*The Gambetta of Aldrowand.* Will. Orn. p. 300.

*Gambet.* Penn. Britt. Zool. 2. p. 465. t. 70. Arct. Zool. 2. p. 477.

Habitat in paludoſis.

*Caput*, *Dorſum*, *Pectus* cinereo-fuſca ſordide luteo-maculata, hoc vero magis pallidum. Alarum *tectrices* et *Interſcapulium* cinereo-luteo-undulata. *Abdomen* album. *Remiges primores* fuſci, primus rachi alba, interiores marginibus et ſtriga lutea. *Cauda* fuſca luteo-marginata ſtrigaque rectricum lutea. *Pedes* flavi.

150.

150. Tringa *Interpres* pedibus rubris, corpore albo-nigro-ferrugineoque vario, pectore abdomineque albo. L. S. N. XII. T. I. p. 248. Fn. Su. 178. It. Gottl. p. 217. Lath. Ind. 2. p. 739.

*Arenaria.* Briſſ. Orn. 2. p. 246.

*Hebridal Sandpiper.* Penn. Britt. Zool. 2. p. 467. Arct. Zool. 2. p. 472. Fn. Scot. p. 34. t. 3.

*Turnſtone.* Will. Orn. p. 311. Edw. Av. 3. t. 141.

*Tournepierre.* Buff. Av. 8. p. 130. t. 10.

*Gotlandis* Tolck.

Habitat in Maris Balthici inſulis incultis.

*Magnitudo* Turdi. *Roſtrum* nigrum, brevius et fortius quam in congeneribus. *Caput* magna ex parte album cum maculis griſeis. *Collum* l. *Pectus anterius* macula nigra lata, a qua utrinque verſus colli dorſum, et alia per oculos verſus frontem, alia demum verſus maxillae inferioris latera. Hanc nigredinem diſtinguit macula alba gulae, frontis, temporum, nuchae. *Pectus*, *Abdomen*, *Cauda* ſubtus, *Alae* ſubtus, *Dorſum* pone alba. *Alae* ſupra cinereae, *remigibus* (25) nigricantibus verſus baſin albis, at *ſecundarii* et apice et baſi albi. *Dorſum* tegunt pennae longiores, latiores nigrae maculis ferrugineis. *Cauda* brevis, fuſca. *Rectrices* baſi apiceque albae, exceptis intermediis duabus. *Pedes* ſanguinei, fiſſi, unguibus nigris. *Femora* ſeminuda.

151. Tringa *ſtriata* roſtro baſi pedibusque flavis, rectricibus albis fuſco-faſciatis, remigibus plurimis albis. L. S. N. XII. T. I. p. 248. Fabr. Fn. Groenl. 73. Lath. Ind. 2. p. 733.

*Tringa* roſtro baſi pedibusque flavis, corpore fuſco-undulato, abdomine albo. *Fiaere-Piſt.* *Ström:* Act. Nidroſ. 3. p. 440. t. 7.

Tr.



*Tr. maritima* fuſca cinereo-undulata, rectricibus lateralibus quatuor utrinque brevioribus, baſi roſtri pedibusque flavis. Brünn. Orn. bor. p. 54.

*Totanus ſtriatus.* Briſſ. Orn. 2. p. 263.

*Striated Sandpiper.* Penn. Arct. Zool. 2. p. 470.

*Chevalier raye.* Buff. Av. 7. p. 516.

Habitat ad littora maris.

*Roſtrum* nigrum baſi luteo-rufeſcens. *Caput* et *Collum* griſea, ſubtus pallidiora. *Gula* alba. *Oculorum* area alba. *Pectus* griſeum marginibus pennarum albis. *Dorſum* fuſcum marginibus pennarum cineraſcentibus. *Latera* et *Abdomen* alba maculis cinereis. Alarum *tectrices* griſeae maculis albis, *infimae* nigrae apicibus albis. *Remiges* 1 — 5 nigri, 6 — 10 fuſci apicibus albis, 11 — 20 griſei baſi et apice albi, 21 etc. nigri. *Caudae* tectrices ſuperiores nigrae, inferiores albo-griſeoque maculatae. *Rectrices* 12. intermediae fuſcae, proximae etiam ſed apice albae, reliquae ſenſim pallidiores, omnes margine apicum albo. *Pedes* flavi.

152. Tringa *hyperborea* roſtro ſubulato apicibus inflexis, pedibus pinnatis.

*Tr. lobata* roſtro ſubulato apice inflexo, pedibus pinnatis, pectore albo ferrugineoque undulato. Fabr. Fn. Groenl. 75.

*Mas.*

*Phalaropus hyperboreus* cinereus, ſubtus uropygio faſciaque alarum albis, pectore cinereo, colli lateribus ferrugineis (Mas.) Lath. Ind. 2. p. 775.

*Tr. hyperborea* roſtro ſubulato apice inflexo, pedibus pinnatis, pectore cinereo, colli lateribus ferrugineis. L. S. N. XII. T. I. p. 249. Fn. Su. 179. *deſcr. poſterior.*

*Tr. lobata. Odins Hani.* Mohr. Hiſt. Nat. Isl. p. 46. t. 5.

*Phala-*

*Phalaropus cinereus.* Briſſ. Orn. 2. p. 362.

*Red Phalarope.* Penn. Britt. Zool. 2. p. 492. t. 76. Arct. Zool. 2. p. 494.

*The Cock Cootfooted Tringa.* Edw. Av. 3. t. 143.

*Foemina.*

*Tr. lobata* roſtro ſubulato apice inflexo, pedibus pinnatis, pectore albo undulato. L. S. N. XII. T. I. p. 249.

*Tr. lobata* roſtro ſubulato apice inflexo, pedibus vireſcentibus lobatis, abdomine albido. Fn. Su. 179.

*Phalaropus lobatus* cinereo-coeruleſcens ſubtus albus, tectricibus alarum, remigibus rectricibusque nigricantibus margine cineraſcente-albo. Lath. Ind. 2. p. 776.

*Phalaropus.* Briſſ. Orn. 2. p. 361.

*Grey Phalarope.* Penn. Britt. Zool. 2. p. 491. t. 76. Arct. Zool. 2. p. 494.

*Grey Cootfooted Tringa.* Edw. Av. 6. t. 308.

*Pullus.*

*Tr. lobata.* Brünn. Orn. bor. p. 51.

Habitat juxta rivulos Lapponiae ſub aeſtate, ſub migratione inſulas maris Balthici frequentans.

Secundum Latham *Tringa Fulicaria* L. eſt foemina *Tr. hyperboreae*, teſte autem O. Fabricio *Tringa lobata* L. Tringa fulicaria in Suecia non eſt obſervata, nec eam in Groenlandia vidit Fabricius.

Mas. *Vertex* niger, *fronte* vix alba. Sub oculis *linea* nigra ſupra vero macula minuta alba. *Caput* ſubtus album. *Temporum* linea ferruginea ad collum deſcendens. *Collum* ferrugineum, vix nigro admixto. *Pectus* medio album, lateribus nigro adſperſum. *Dorſum* nigrum margine pennarum ferrugineo. *Remiges primores* 1 — 5 nigri, 6 — 10 baſi apiceque albi, *ſecundarii* magis magisque albent, ut duo intimi toti albi. *Rachides* omnium albae. *Tectrices* alarum nigrae, at ſecundariis proximae apice albae, unde linea alarum alba. *Rectrices* 12 nigreſcentes, at 1. 1. margine extimo et apice 2. 2. — 5. 5. apice tantum, 6. 6 vix apice albae. *Uropygium* nigrum lateribus albo-punctatis. *Criſſum* album.



Foemina differt *vertice* minus ſaturate nigro, *fronte* albo-nigroque varia. *Temporum* linea alba. *Collum* ſupra nigrum ferrugineo-undulatum, ſubtus lineis albis, cinereis et ferrugineis undatum. *Pectus* inferius et *Abdomen* alba.

Pullus: *Latera Capitis* et totus *ſubtus* albus. *Cervix* nigra.

153. Tringa *alpina* teſtaceo-fuſca, pectore nigricante, rectricibus cinereo-albidis, pedibus fuſceſcentibus. L. S. N. XII. T. I. p. 249. Fn. Su. 181. Lath. Ind. 2. p. 736.

*Cinclus torquatus.* Briſſ. Orn. 2. p. 268.

*The North Country Dunlin.* Will. Orn. p. 305.

*Dunlin.* Penn. Britt. Zool. 2. p. 471. Arct. Zool. 2. p. 476.

*Brunette.* Buff. Av. 7. p. 493.

*Charadrius* nigro-luteſcente variegatus, pectore macula nigra, rectricibus intermediis longioribus. *Tringa alpina Loar Thraell.* Ol. et Pov. it. Iſl. 1. p. 581. t. 41.

Habitat in littoribus marinis Lapponiae.

*Magnitudo* Sturni. *Caput*, *Collum* ſupra, *Dorſum* rufo-ferruginea ſaepe nigro-maculata. *Iugulum* et *Abdomen* alba. *Sternum* macula nigra majore vel pluribus mino-

minoribus. *Remiges primores* fuſci rachi alba, *ſecundarii* exteriores margine exteriore latereque interiore albi. *Cauda* cinerea, rectricibus duabus mediis parum longioribus et obſcurioribus.

154. Tringa *Ocrophus* roſtri apice punctato, pedibus vireſcentibus, dorſo fuſco-viridi, abdomine rectricibusque extimis albis. L. S. N. XII. T. I. p. 250. Fn. Su. 180. Lath. Ind. 2. p. 729.

*Tringa.* Briſſ. Orn. 2. p. 259.

*Tringa, Cinclus, Gallinula, Rhodopus etc.* Will. Orn. p. 300.

*Green Sandpiper.* Penn. Britt. Zool. 2. p. 468. Arct. Zool. 2. p. 475.

*Becaſſeau ou Culblanc.* Buff. Av. 7. p. 534.

*Scanis* Lerbena, Enkel Beccaſin.

*Roſtrum* pollicare, in ave viva puncta haud obſervanda. *Caput* et *Collum* obſcure griſeo-maculata, ſubtus pallidiora. *Dorſum* et *Alae* ex viridi fuſca maculis albis variegata. *Abdomen* album. *Alae* ſubtus et *femora* nigra ſtriis albis. *Rectrices* 1. 1. penitus candidae 2. 2. macula prope apicem alba, 3. 3. ductu albo non longe ab apice, 4. 4. ductibus duobus 5. 5. ductibus, duobus cum dimidio, 6. 6. ductibus quatuor. *Pedes* olivacei, digito medio et extimo membrana longitudine articuli dimidii connexis. Nulla in coloribus *ſexus* differentia.

155. Tringa *Glareola* roſtri apice punctato, pedibus vireſcentibus, corpore fuſco albo-punctato, pectore ſubalbido.

*Tr. Glareola* roſtro laevi, pedibus vireſcentibus corpore fuſco-albo-punctato, pectore ſubalbido. Fn. Su. 184. Lath. Ind. 2. p. 730.

*Wood*



*Wood Sandpiper.* Penn. Arct. Zool. 2. p. 482.

Habitat in paludibus ſylvaticis.

*Glareolam Ocropho* in S. N. junxit a *Linné* forte ob colores dorſi pedumque ſubſimiles et denique ob puncta in utriusque roſtro ſiccato conſpicua. Differunt tamen manifeſte, et ni fallor ſequens deſcriptio veram *Glareolam* a *b.* Leche Linneo primum oblatam exhibet. *Glareola* D. Marckwick in *Vol. I. Tranſact. Linn.* p. 128. t. 2. ab hac differt, forte junior *Ocrophus.* An *Tr. Ocrophi* var. *Brünn. Orn. bor.* p. 55 et 56 huc pertinet?

*Pileus* niger *taenia* ferruginea a roſtro ad nucham diviſus. *Linea* ſuperciliaris pallida etiam a roſtro ad nucham. *Stria* fuſca a naribus ſub oculis verſus nucham. *Roſtrum* nigro-fuſcum verſus apicem nigrum, et in hac parte puncta illa in ſiccatis conſpicua ſunt. *Mandibula* ſuperior intus utrinque a baſi ad $\frac{2}{3}$ denticulis reverſis inſtructa. *Collum* e maculis parvis albis, fuſcis et nigris variegatum. *Remiges* nigreſcentes immaculati, ſed *ſecundarii* apicibus albi. *Tectrices* alarum, *Remiges* tertiarii et *Rectrices* intermediae ex albo et nigro nebuloſae. *Scapulares* longiores ipſam caudae baſin tegentes latere exteriore pallide luteo-ferrugineae: interiore nigrae marginibus viridi-niteſcentibus, prope rachin maculis oblongis fuſcis. *Pedes* ſordide vireſcentes, digitis nulla membrana junctis. *Longitudo* 7 poll. *Oculi* vertici propiores quam in ceteris, minus tamen quam in Scolopace ruſticola.

156. Tringa *littorea* roſtro laevi, pedibus cinereis, remigibus fuſcis, rachi primi nivea. L. S. N. XII. T. I. p. 251. Lath. Ind. 2. p. 731.

*Tr. littorea* roſtro laevi, pedibus remigibusque fuſcis, rachi primi nivea. Fn. Su. 185.

*Tota-*

*Totanus cinereus.* Briſſ. Orn. 2. p. 265.

*Shore Sandpiper.* Penn. Arct. Zool. 2. p. 481.

*Chevalier varié.* Buff. Av. 7. p. 517.

Habitat in paludibus.

*Magnitudo* Turturis. *Roſtrum* nigrum capite longius, *Maxilla inferior* verſus baſin pallidior. *Oculorum* regio albicans, linea inter oculos et roſtrum fuſca. *Collum* fuſcum lineis obliquis albicantibus. *Dorſum* fuſcum maculis punctisve ferrugineis vel griſeis. *Uropygium* album, pennis tamen verſus baſin nigricantibus. *Tectrices alarum ſuperiores* dorſo concolores, ſed punctis vel maculis dilutioribus, *inferiores* exalbidae lineis transverſis cinereis. *Pectus* et *Abdomen* albida. *Caudae* tectrices inferiores albae. *Remiges* nigri, *ſecundarii* apice albeſcunt, *primus* rachi nivea gaudet. (varietatem commemorat *Brunniche* rachi nigra). *Rectrices* fuſco et albo undulato-maculatae, exterioribus maxima parte albis: intermediis maxima parte fuſcis. *Pedes* fuſci.

157. Tringa *Hypoleucos* roſtro laevi, pedibus lividis, corpore cinereo lituris nigris: ſubtus albo. L. S. N. XII. T. I. p. 250. Fn. Su. 182. t. 1. f. 182.

*Tr. Hypoleucos*, roſtro laevi, pedibus cinereis, corpore cinereo ſubtus albo. Lath. Ind. 2. p. 734.

*Guinetta.* Briſſ. Orn. 2. p. 260.

*The leſſer Tringa or Sandpiper.* Will. Orn. p. 301.

*Common Sandpiper.* Penn. Britt. Zool. 2. p. 470. t. 71. Arct. Zool. 2. p. 474.

*La Guinette.* Buff. Av. 7. p. 540.

*Suecis* Snäppa. *Weſtmannis* Strandſittare.

Habitat ad lacus.

*Roſtrum* lividum vix capite longius. *Caput, Cervix, Dorſum, Alae, Uropygium* et tota ſupra obſcure vel ex fuſco



fuſco cinerea, lituris unduliſque fuſcis. *Linea* alba ſuper oculos. *Gula, Abdomen, Femora, Criſſum* alba. *Iugulum* album lineis longitudinalibus ſubfuſcis. *Remiges* fuſci, 1. immaculatus, 2 — 10 interiore latere albi, 11 — 20 apice quoque albo. *Rectrices* 4 intermediae fuſcae eodem modo ac alae ſtriatae: exteriores albo-nigroque maculatae. *Digitus* extimus medio adnectitur.

*Mas* in pennis dorſi linea longitudinali nigra unco ſaepe laterali, in alis ſtria ſimplex transverſa pennarum; in *foemina* hae ſtriae duplicantur, etiam in dorſo. *Longit.* 6½ poll.

158. Tringa *Canutus* roſtro laevi, pedibus cineraſcentibus, remigibus primoribus ſerratis, rectrice extima alba immaculata. L. S. N. XII. T. I. p. 251. Fn. Su. 183. Lath. Ind. 2. p. 738.

*Canutus.* Briſſ. Orn. 2. p. 276.

*Knot.* Will. Orn. p. 302. Penn. Britt. Zool. 2. p. 461. Fn. Scot. t. 3. Arct. Zool. 2. p. 473. Edw. Av. 6. t. 276.

*Canut.* Buff. Av. 8. p. 142.

Habitat juxta aquas, ubi currit, caudam Motacillae inſtar continuo motitans.

*Roſtrum* fuſcum capite paulo longius. *Macula* ſupra oculos alba. *Caput, Collum, Dorſum* fuſco-nigro-griſeoque undulata. *Gula, Iugulum, Pectus, Abdomen* alba. *Remiges* 20 fuſci, *primores* in medio poſtice albi, *ſecundarii* in medio totaliter l. utrinque albi; apices in his albi, in primoribus minus manifeſte. *Alae* ſubtus faſcia quadruplici pinguntur. *Tectrices* ſuperiores praeſertim primae albicant apicibus. *Remiges* 1 — 6 margine exteriore verſus apicem ſerrati. *Rectrices* fuſcae 1 — 4 albo-variegatae, at 5 — 6 omni albedine expertes, griſeo-

ſco-maculatae. *Femora* ſeminuda. *Pedes* cineraſcentes, *digitus* ultimus medio adnexus infimo articulo.

Denticuli marginales linguae octo, et faucis retroſpectantes aliis ſpeciebus etiam communes.

159. Tringa *Cinclus* roſtro pedibusque nigris, loris albis, corpore uropygioque griſeis fuscisque. L. S. N. XII. T. I. p. 251. Lath. Ind. 2. p. 735.

*Cinclus*. Briſſ. Orn. 2. p. 267.

*The Stint*. Will. Orn. p. 305.

*Purre*. Penn. Britt. Zool. 2. p. 472. t. 71. Arct. Zool. 2. p. 475.

*L'Alouette de la mer*. Buff. Av. 7. p. 548.

Habitat ad littora Roſlagiae.

*Magnitudo* circiter Alaudae. *Caput* et *Cervix* cinerea lineis fuſcis. *Linea* alba inter roſtrum ſesquipollicare nigrum et oculos. *Gula* alba. *Iugulum* fuſco-maculatum. *Dorſum* fuſco-cinereum. *Pectus* et *Abdomen* alba. *Tectrices* alarum et caudae obſcure fuſcae pallide vel albo-marginatae. *Remiges* latere exteriore fuſco-nigricantes: interiore albo. *Rectrices* 2 intermediae fuſcae, reliquae cineraſcentes albo-marginatae. *Pedes* ſordide vireſcentes. *Digiti* nulla membrana juncti.

160. Tringa *Squatarola* roſtro nigro, pedibus vireſcentibus, corpore griſeo ſubtus albido. L. S. N. XII. T. I. p. 252. Fn. Su. 186. Lath. Ind. 2. p. 729.

*Vanellus griſeus*. Briſſ. Orn. 2. p. 237.

*Grey Plover*. Will. Orn. p. 309.

*Grey Sandpiper*. Penn. Britt. Zool. 2. p. 456. Arct. Zool. 2. p. 477.

*Le Vanneau Pluvier*. Buff. Av. 8. p. 68.

*Scanis* Auguſti Snäppa.

Habitat



Habitat in Scania et Finlandia.

*Roſtrum* nigrum bipollicare parum adſcendens. *Caput* et *Dorſum* ſupremum ex nigro, griſeo et albo variegatum, praevaleſcente nigro. *Collum* dilutius variegatum. *Gula* et *Capitis* latera alba maculis oblongis fuſcis. *Abdomen*, *Criſſum*, *Uropygium* alba. *Remiges primores* 4 nigri, rachi primi alba, ceteri fuſceſcentes, omnes pallide marginati, *ſecundarii* praeterea maculis nigris ad marginem. *Cauda* alba faſciis fuſcis irregularibus, in intermediis latioribus et crebrioribus. *Pedes* ſubvireſcentes 60 inciſuris transverſis. *Digitus* medius et extimus membrana juncti.

161. Tringa *griſea* roſtro pedibusque nigris, corpore griſeo, ſubtus albido, ſtrigis fuſcis.

*Tr. griſea*, ſubtus alba, collo ſubtus, uropygio et pectore fuſco-undatis, rectricibus margine albo. Lath. Ind. 2. p. 733.

*Calidris griſea*. Briſſ. Orn. 2. p. 272.

*Maubeche griſe*. Buff. Av. 7. p. 531.

Habitat in littoribus Roſlagiae.

*Magnitudo* circiter Sturni. *Roſtrum* 1¼ poll. *Tota* griſeo-variegata, *pennis colli* remigibusque ſecundariis intra marginem circumferentia ſimplici, *uropygii* duplici fuſca, *abdominis* linea brevi fuſca verſus apicem pennae. *Remiges primores* fuſci, *ſecundarii* griſei albo-fimbriati. *Rectrices* griſeae margine albo et faſcia obſcuriore prope apicem. *Pedes* nigri.

162. Tringa *cinerea* dorſo aliſque cinereis, lituris nigris albisque undulatis, rectricibus cinereis marginibus albis. Brünn. Orn. bor. p. 53. n. 179.

*Tr. cinerea* nigro-cinereo-alboque lunato-varia, pectore et abdomine albis, tectricibus caudae albo nigro-

nigroque faſciatis, rectricibus margine albo. Lath. Ind. 2. p. 733.

*Aſhcoloured Sandpiper.* Penn. Britt. Zool. 2. p. 462. Arct. Zool. 2. p. 474.

Habitat in Inſulis maris Balthici, inque Scania rarius.

*Caput* cinereo-fuſcum nigro-maculatum. *Collum* cinereum ſtrigis fuſcis. *Dorſum* et *tectrices* alarum maculis lunulatis ex cinereo-albo et nigro. *Remiges primores* fuſci, *ſecundarii* cinerei albo-marginati. *Tectrices caudae* albae nigro-faſciatae. *Rectrices* 12 cinereae albo-marginatae. *Pectus* et *Abdomen* alba immaculata. *Pedes* viridi-nigreſcentes, *digitis* ſublobatis, membrana dentata.

163. Tringa *Iſlandica* roſtro ſubarcuato, ſubtus rufa albo-maculata, ſupra nigra maculis albis teſtaceisque.

*Tr. Iſlandica* roſtro pedibusque fuſcis, corpore ſubtus ferrugineo, remigibus ſecundariis margine albis. L. S. N. XII. T. I. P. 2. add. Lath. Ind. 2. p. 737.

*Tr. ferruginea.* Brünn. Orn. bor. p. 180.

*Red Sandpiper.* Penn. Britt. Zool. 2. p. 469. t. 72. Arct. Zool. 2. p. 476.

*Aberdeen Sandpiper.* Ibid. p. 469.

Habitat — Scaniam transmigrat.

Inter minores. *Roſtrum* nigrum ſubulatum leviter arcuatum. *Pileus* niger. Tota avis ſubtus rufa leviter albo-maculata. *Collum* ſupra teſtaceum nigro-maculatum. *Dorſum* nigrum maculis acutis albis teſtaceisque. *Alae* cinereae. *Tectrices alarum ſuperiores* et *Rectrices* nigricantes albo-marginatae. *Tectrices caudae* utrinque albae faſciis nigris.

164. Tringa *puſilla* roſtro pedibusque fuſcis, corpore ſubtus rufeſcente, rectricibus ultimis ſcapo albo, uropygio variegato. L. S. N. XII. T. I. p. 252. Lath. Ind. 2. p. 737.





*Cinclus dominicenſis minor.* Briſſ. Orn. 2. p. 269.

*Little Sandpiper.* Penn. Britt. Zool. 2. p. 473. Arct. Zool. 2. p. 479. Gen. of Birds. ed. in 4. p. 65. t. 12.

Habitat in littoribus maritimis Roſlagiae.

*Tringilla domeſtica* minor. *Caput*, *Cervix*, *Dorſum*, *Tectrices* alarum fuſca, pennis nigro-pallideque ferrugineo-marginatis. *Pectus*, *Abdomen* alba. *Remiges* et *Rectrices* fuſcae. *Pedes* nigri.

## CHARADRIUS.

*Roſtrum* teretiuſculum, obtuſum.

*Nares* lineares.

*Pedes* curſorii, tridactyli.

165. Charadrius *Hiaticula* pectore nigro, fronte nigricante faſciola alba, vertice fuſco, pedibus luteis. L. S. N. XII. T. I. p. 253. Fn. Su. 187. Fabr. Fn. Groenl. 78. Lath. Ind. 2. p. 743.

*Pluvialis torquata minor.* Briſſ. Orn. 2. p. 127.

*Sea Lark.* Will. Orn. p. 310.

*Ringed Plower.* Penn. Britt. Zool. 2. p. 479. Arct Zool. 2. p. 485.

*Petit Pluvier à Collier.* Buff. Av. 8. p. 90. t. 6.

*Suecis* Strandpipare. *Scanis* Sandrulling. *Hallandis* Trula. *Lappis* Pago.

Habitat ad ripas ubique et in alpibus Lapponicis frequens.

*Roſtrum* croceum apice nigrum. *Caput* cinereo-fuſcum, fronte alba, ſuperciliis faſcia atra. *Palpebrarum* margo fulvus. *Tempora* obſcuriora. *Gula* et *Collum* alba, dein ad ſternum usque macula nigra magna. *Dorſum*, *Alae*, *Cauda* cinerea. *Pectus* et *Venter* alba. *Pedes* flavi, in altero ſexu fulvi. *Remiges* fuſci, quorum 1

rachi alba, 5 — 19 apice albi. *Rectrices* fuſcae, 6. 6. immaculatae, 5. 4. 3. apice albo, 2. apice et latere exteriore albis, extima tota alba macula interdum nigra. Mas magis quam foemina cinerascens, et albedo frontis major.

166. Charadrius *Morinellus* pectore ferrugineo, faſcia ſuperciliorum pectorisque lineari alba, pedibus nigris. L. S. N. XII. T. I. p. 254. Fn. Su. 188. Lath. Ind. 2. p. 746.

*Pluvialis minor l. Morinellus.* Briſſ. Orn. 2. p. 215.

*Morinellus Anglicanus.* Briſſ. Orn. 2. p. 226.

*The Dotterel.* Will. Orn. p. 309. Penn. Britt. Zool. 2. p. 477. t. 73. Arct. Zool. 2. p. 487.

*Petit Pluvier ou le Guignard.* Buff. Av. 8. p. 87.

*Peerlo* Leems Lappl. p. 260.

*Suecis* Pomeransfogel. *Lappis* Lahul.

Habitat ad Sernam orientalis Dalecarliae et Alpes Lapponiae, quo migrans Upſaliam menſe Majo tranſit.

*Magnitudo* Turdi, foemina major mare. *Roſtrum* nigrum. *Caput* maris nigricans, foeminae nigrum maculis albis. *Linea* alba a roſtro ſupra oculos ad nucham tendens. *Gula* alba. *Collum, Dorſum* dilute cinereo-olivacea. *Pectus* et *latera* ſordide aurantia ſuperne (in mare) faſcia alba ſupra nigro-marginata terminata. *Abdomen* maris nigrum, foeminae albo-nigroque varium. *Remiges* fuſci, primo margine exteriore et rachi albis. *Cauda* fuſco-olivacea apice nigro albo-marginata. *Pedes* vireſcentes.

167. Charadrius *apricarius* pectore abdomineque nigro, corpore fuſco-albo-luteoque punctato, pedibus cinereis. L. S. N. XII. T. I. p. 254. Fn. Groenl. 79. Lath. Ind. 2. p. 742.

*Ch.*



*Ch. apricarius* pectore nigro, roſtro baſi gibbo, pedibus cinereis. Fn. Su. 189.

*Allwargrim.* it. Oel. p. 72.

*Pluvialis aurea Freti Hudſonis.* Briſſ. Orn. 2. p. 224.

*Alwargrim Plower.* Penn. Arct. Zool. 2. p. 483.

*The ſpotted Plower.* Edw. Av. 3. t. 140.

*Pluvier doré à gorge noire.* Buff. Av. 8. p. 85.

*Suecis* Åkerhöns. *Oelandis* Allwargrim. *Smolandis* Myrpytta. *Scanis* Ljungſpole.

Habitat in campeſtribus Oelandiae, Smolandiae, Scaniae etc.

*Magnitudo* Columbae minoris. *Roſtrum* longitudine capitis, nigrum, verſus baſin gibbum. *Tota avis* ſupra e nigro, fuſco, luteo alboque pulchre maculata. *Faſcia* alba frontis ſupra oculos ad aures ducta. *Collum* ſubtus, *Pectus* et *Abdomen* nigra. *Colli* latera verſus thoracem alba. *Femora, Ala* ſubtus, *Criſſum* albicant. *Remiges* nigricantes, *primores* 8, quorum extimus longior, reliqui ordine breviores, acuminati, in medio juxta rachin albi; *ſecundarii* fuſci, obtuſi, aequales apicibus albis, uti etiam *tectrices*. *Cauda* integra, rectricibus 12 fuſcis, lineis lateralibus 8 utrinque flaveſcentibus. *Pedes* cinerei.

*Mas* differt colore temporum nigro ad nigredinem colli deſcendente.

*Foemina* pectore albo linea longitudinali nigra.

168. Charadrius *pluvialis* corpore nigro viridique maculato ſubtus albido, pedibus cinereis. L. S. N. XII. T. I. p. 254. Fn. Su. 190. Lath. Ind. 2. p. 740.

*Pluvialis aurea.* Briſſ. Orn. 2. p. 222.

*Green Plower.* Will. Orn. p. 308.

N 2 *Golden*

*Golden Plover.* Penn. Britt. Zool. 2. p. 474. t. 72. Arct. Zool. 2. p. 483.

*Pluvier doré.* Buff. Av. 8. p. 81. t. 5.

*Dalekarlis* Åkerhöna. *Scanis* Ljungwipa. *Lappis* Hutti.

Habitat prope alpes Dalecarlicas orientales, in Oelandiae et Scaniae campeſtribus etc. Sub fine Octobris et initio Septembris inprimis in Scania obſervanda.

*Roſtrum* nigrum. *Caput*, *Collum* ſupra, *Dorſum*, *Tectrices* alarum nigris pennis margine maculis flavo-vireſcentibus pallidis. *Gula* albeſcens. *Collum* ſubtus a gula ad ſternum e teſtaceo et fuſco maculatum. *Pectus* et *Venter* alba. *Remiges* nigro-fuſci margine apicum albicante. *Alae* ſubtus albae. *Cauda* integra, rectricibus 12 fuſcis, mediis flavo-viridi faſciatis. *Femora* cinerea, ut in antecedentibus ſeminuda. Ita etiam in indigenis digitus medius cum ultimo membrana ad primum articulum juncti.

Variat praeterea *Corpore* ſupra viridi-luteo maculis ramoſis nigris, *pectore* ex flavo-viridi variegato, *remigibus* fuſcis, 1—9 medio ſcapo albicante, 5 etc. baſi extrorſum albida. *Abdomen* nigrum vel nigro-alboque varium apud nos non obſervatur.

## RECURVIROSTRA.

*Roſtrum* depreſſo-planum, ſubulatum, recurvatum, acuminatum, apice flexili.

*Pedes* palmati tridactyli.

169. Recurvirostra *Avocetta*, albo nigroque varia. L. S. N. XII. T. I. p. 256. it. Oel. p. 89. Fn. Su. 191. Lath. Ind. 2. p. 786.

*Avocetta.* Briſſ. Orn. 2. p. 504.

*The Avoſetta.* Will. Orn. p. 321.

*Scoo-*



*Scooping Avoſet.* Penn. Britt. Zool. 2. p. 504. t. 80. Arct. Zool. 2. p. 505.

*L'Avocette.* Buff. Av. 8. p. 466. t. 38.

*Oelandis* Skärfläcka. *Gottlandis* Alſit.

Habitat in Oelandiae extimo apice l. maxime auſtrali littore praedii Ottenby, in Gottlandia et Scania. Victitat Inſectis et Vermibus.

Aequo jure Anſerum ordini adnumeratur haec Avis, ob pedum longitudinem et femora ſeminuda forte ad Grallas numerata.

*Roſtrum* nigrum fere coriaceum, minime rigidum, capite circiter triplo longius, apice membranaceum. *Nares* oblongae, perviae. *Caput* ſupra et *Cervix* ultra medium nigra, reliqua capitis et colli cum *Pectore*, *Abdomine*, *Cauda*, medio *Dorſi* et plaga longitudinali duplici *Alarum* alba. *Latera* Dorſi et medium *Alae* longitudinaliter, margo et apices Alarum nigra. Macula in quibusdam parva alba ſupra et alia ſub oculos. *Remiges primores* 8 nigri, ſed verſus baſin albi ea proportione, ut quo breviores eo magis albi, ut octavi ſolus apex macula nigra ſit notata, reliqui remiges albi. *Tectrices* albae exceptis 5 primis apice nigris. *Cauda* breviſſima. *Pedes* coeruleſcentes. *Femora* ſeminuda.

## HAEMATOPUS.

*Roſtrum* compreſſum, apice cuneo aequali.

*Nares* lineares.

*Pedes* curſorii, tridactyli, fiſſi.

170. Haematopus *oſtrilegus.* L. S. N. XII. T. I. p. 257. Fn. Su. 192.

*H. oſtralegus* niger, corpore ſubtus faſcia gulari et alarum uropygio caudaque baſi albis. Lath. Ind. 2. p. 752.

*Strand-*

*Strandſkjuror.* it. Oel. p. 88.

*Oſtralega, Pica marina vulgo dicta.* Briſſ. Orn. 2. p. 221.

*Sea Pie.* Will. Orn. p. 297.

*Pied Oyſtercatcher.* Penn. Britt. Zool. 2. p. 482. t. 74. Arct. Zool. 2. p. 489.

*La Pie de mer.* Buff. Av. 8. p. 119. t. 9.

*Gotlandis* Marſpitt. *Oelandis* Strandſkjura. *Scanis* Strandſkata.

Habitat ad littora Maris praeſertim Oelandiae et Gottlandiae. Teſtaceis victitat. Venatoribus odioſa, nam clamore reliquas Aves de periculo monet.

*Roſtrum* ſanguineum, capite longius, compreſſum, praeſertim apice cuneato. *Nares* oblongae, perviae. *Palpebrae* nudae, circulo coccineo. *Iris* rubra, *pupilla* nigra. *Caput*, *Collum* usque ad ſternum, *Dorſum* ad medium et *Alae* ſuperne nigra. *Pectus*, *Venter*, *Dorſum* poſterius, *Tectrices caudae* utrinque, *Femora* ſemiveſtita alba. *Remiges* nigri, at in media coſta linea alba et latus interius album, *ſecundarii* nigri verſus baſin et margine albi. *Tectrices ſpuriae* albae, unde faſcia alarum obliqua longitudinalis alba. *Rectrices* albae a medio ad extremum nigrae. *Pedes* incarnati, *digitis* callo marginatis, medio extimoque nonnihil conjunctis.

## FULICA.

*Roſtrum* convexum, *mandibula ſuperiore* margine ſupra inferiorem fornicata, *inferior* pone apicem gibba.

*Nares* oblongae.

*Frons* calva.

*Pedes* tetradactyli.





171. Fulica *atra* fronte incarnata, armillis luteis, pedibus pinnatis, corpore nigricante. L. S. N. XII. T. I. p. 193. Lath. Ind. 2. p. 777.

*F. atra* fronte calva, corpore nigro, digitis lobatis. Fn. Su. 193.

*Fulica*, Briſſ. Orn. 2. p. 365.

*The Coot.* Will. Orn. p. 319.

*Common Coot.* Penn. Britt. Zool. 2. p. 494. t. 77. Arct. Zool. 2. p. 496.

*Foulque* ou *Morelle.* Buff. Av. 8. p. 211. t. 18.

*β. Fulica Aethiops* tota nigra. Muſ. Carlſſ. 1. t. 13.

*Suecis* Bläsklacka. *Scanis* Blesand. *Sudermannis* Blaeſa.

Habitat in Aquis; victitat Piſcibus, Inſectis, Seminibus. Inceſſus Gallinae. Nidus natans.

*Caput* nigrum *fronte* calva albo-incarnata, interdum omnino alba. *Roſtrum* carneum. *Irides* rubrae. *Corpus* ſupra fuſco-nigreſcens, ſubtus cinereo-fuliginoſum, pectore undulato. *Remiges primores* nigri, *ſecundarii* fuſco-cineraſcentes apice albido, unde linea alarum alba. *Genua* poſtice vel ad latera fulva. *Pedes* longi. *Digiti* membrana lata ſublobata marginati. Ungues longi acuti.

172. Fulica *aterrima* fronte alba, armillis rubris, pedibus pinnatis, corpore nigricante. L. S. N. XII. T. I. p. 258. Lath. Ind. 2. p. 778.

*F. major.* Briſſ. Orn. 2. p. 366.

*Greater Coot.* Will. Orn. p. 320.

*Great Coot.* Penn. Britt. Zool. 2. p. 495.

*La grande Foulque.* Buff. Av. 8. p. 220.

Habitat — — — Muſ. Grill.

173. Fulica *Chloropus*, fronte fulva, armillis rubris, pedibus ſimplicibus, corpore nigricante. Linn. S. N. T. I. p. 258.

*Gallinula Chloropus*, fronte fulva, armillis rubris, corpore nigricante, criſſo albo. Lath. Ind. 2. p. 770.

*Gallinula.* Briſſ. Orn. 2. p. 358.

*Common Waterhen or Moorhen.* Will. Orn. p. 312.

*Common Gallinule.* Penn. Britt. Zool. 2. p. 489. t. 77. Arct. Zool. 2. p. 492.

*Poule d'eau.* Buff. Av. 8. p. 171. t. 15.

*Suecis* Wattnhöna.

Habitat in Dalelfwen, etiam in Scania viſa. Nidificat juxta aquas in arboribus.

Praecedente minor. *Roſtrum* carneum. *Frons* fulva. *Caput*, *Collum* ſupra et *Dorſum* olivacea. *Subtus* cinerea, *Gula* et *Abdomine* albo-maculata. *Remiges* et *Rectrices* fuſcae, remige primo albo. *Cauda* ſubtus alba. *Digiti* ſubtus plani, marginati. *Foemina* minor, coloribus minus lucidis.

174. Fulica *Porphyrio* fronte rubra, armillis multis, pedibus ſimplicibus, corpore viridi ſubtus violaceo. L. S. N. XII. T. I. p. 258.

*Gallinula Porphyrio.* Lath. Ind. 2. p. 768.

*Porphyrio.* Briſſ. Orn. 2. p. 351.

*Porphyrio or purple Waterhen.* Will. Orn. p. 318. Edw. Av. 2. t. 87.

*Poule Sultane.* Buff. Av. 8. p. 194. t. 17.

Habitat. — —

*Magnitudo* Gallinae. *Roſtrum* longum, validum, rubrum. *Frons* rubra. *Irides* fulvae. *Caput*, *Cervix* violacea. *Gena*, *Gula*, *Iugulum* coeruleo-violacea. *Supra* viridis, *ſubtus* coeruleſcens. *Pedes* longi rubri.

RAL-



## R A L L U S.

*Roſtrum* baſi craſſius, compreſſum, dorſo attenuatum apicem verſus, aequale acutum.

*Nares* oblongae.

*Pedes* tetradactyli fiſſi.

*Corpus* compreſſum.

175. Rallus *Crex* alis rufo-ferrugineis. L. S. N. XII. T. I. p. 261. Fn. Su. 194.

*Gallinula Crex* griſea pennis medio nigricantibus, alis rufo-ferrugineis, corpore ſubtus albo-rubeſcente. Lath. Ind. 2. p. 766.

*Rallus Geniſtarum* ſive *Ortygometra.* Briſſ. Orn. 2. p. 253.

*The Rail or Dakerhen.* Will. Orn. p. 170.

*Crake Gallinule.* Penn. Britt. Zool. 2. p. 487. t. 75. Arct. Zool. 2. p. 492.

*Rale de Terre, de Genet ou Roi des Cailles.* Buff. Av. 8. p. 146. t. 12.

*Suecis* Kornknarr, Angſnärpa. *Gottlandis* Scidreifwer. *Weſtrogothis* Bjuggbit, aliis Snarrwacktel, Wacktelkung, Kornſkrika.

Habitat inter ſegetes et gramina in fertiliſſimis pratis aeſtate, ubi ſtridulo ſono gemino Crex Crex continuo auditur. Edit Lumbricos, Inſecta, Semina. Lapillos etiam devorat gallinarum more.

*Caput* ratione corporis parvum. *Roſtrum* utrinque baſi ſinuatum, ſubincarnato-lividum. *Irides* ruſeſcentes. *Caput*, *Collum*, *Dorſum*, *Cauda* teſtacea maculis majuſculis nigris, ſingula penna nigra marginibus teſtaceis. *Remiges* ferruginei, ſupra et infra: at *primores* in fuſcum vergunt et intimi vel *tertiarii* duos ordines punctorum minutorum alborum habent. *Rectrices* breves

ves ferrugineae. *Gula* et *macula* pone oculos cana. *Pectus* griſeum. *Abdomen* et *Latera* ferruginea maculis fuſcis, (color exuſtus) albo-undulata, qualis etiam cauda ſubtus. *Femora* ſupra genua nuda livida.

*Character* conſiſtit in roſtro fere gallinaceo naribus perviis, pedibus tetradactylis, digitis roſtro longioribus. Ingluvies nulla.

176. Rallus *aquaticus* alis griſeis fuſco-maculatis, hypochondriis albo-maculatis, roſtro ſubtus fulvo. L. S. N. XII. T. I. p. 262. Fn. Su. 195. Lath. Ind. 2. p. 755.

*Wandhönen.* Act. Nidroſ. 2. p. 540. t. 12.

*Rallus aquaticus.* Briſſ. Orn. 2. p. 251.

*Water Rail*, *Bilcock* or *Brook Ouzel.* Will. Orn. p. 314.

*Water Rail.* Penn. Britt. Zool. 2. p. 484. t. 75.

*Rale d'eau.* Buff. Av. 8. p. 154. t. 13.

Habitat in Carectis.

*Roſtrum* longum nonnihil arcuatum fuſcum, mandibula inferiore flavo-rubra. *Caput*, *Cervix*, *Dorſum*, *Alae*, *Cauda* ſupra nigro-fuſcoque maculata. *Jugulum*, *Pectus* cinerea marginibus pennarum pallide teſtaceis. *Abdomen* faſciatum ex ferrugineo, nigro et albo. *Cauda* cuneata brevis. *Remiges primores* fuſco-fuliginoſi. *Pedes* fuſci, digitis marginatis. *Ungues* ſubulati, arcuati.

177. Rallus *Porzana* rectricibus binis intermediis albo-marginatis, roſtro pedibusque ſubolivaceis. L. S. N. XII. T. I. p. 262.

*Gallinula Porzana* fuſco-olivacea nigro albidoque variegata et maculata, rectricibus duabus intermediis albo-marginatis. Lath. Ind. 2. p. 772.

*Rallus*



*Rallus aquaticus minor.* Briſſ. Orn. 2. p. 252.

*Gallinula Ochra Geſneri.* Will. Orn. p. 316.

*Spotted Gallinule.* Penn. Britt. Zool. 2. p. 486.

*Petit Rale d'eau, ou Marouette.* Buff. Av. VIII. p. 157.

Habitat in Suecia ſuperiore ad ripas. Muſ. Grill.

*Roſtrum* virideſcens apice fuſco. *Pedes* fuſco-olivacei. *Caput* ſupra nigrum maculis olivaceis. *Colli* latera griſeo-maculata. Linea *occipitis* et nuchae nigra albo-punctata. *Rectrices* acutae nigreſcentes faſciis olivaceis.

## 5. GALLINAE.

### OTIS.

*Roſtrum* mandibula ſuperiore fornicata.
*Nares* ovatae.
*Lingua* bifida.
*Pedes* curſorii tetradactyli.

178. Otis *Tarda* maris mandibula inferiore utrinque myſtacibus pennatis.

*O. Tarda* maris capite juguloque utrinque criſtato. L. S. N. XII. T. I. p. 264.

*O. Tarda* nigro rufoque undulato-maculata ſubtus albida, capite maris juguloque utrinque criſtato. Lath. Ind. 2. p. 658.

*Otis.* Briſſ. Orn. 2. p. 216.

*The Buſtard.* Will. Orn. p. 178.

*Great Buſtard.* Penn. Britt. Zool. 1. p. 284. t. 44.

*The Buſtard Cock*, *The Hen Buſtard.* Edw. Av. 2. t. 73. 74.

*Outarde.* Buff. Av. 2. p. 1. t. 1.

*Suecis*

*Suecis* Trapp.

Habitat in campis arenoſis Scaniae paſſim.

Gallopavone major mas ſcil. 4 ped. long. Ad baſin mandibulae utrinque *myſtaces* retroverſas pennaceas ultra 5 pollices longas gerit, quae in foemina dimidio minores deſunt. *Caput* et *Collum* cinerea in mare, in foemina *Vertex* fulvus nigro-ſtriatus, reliquum *caput* ferrugineum. *Dorſum*, *Alae* ferrugineo-lutea faſciis nigris pennarum; *Pectus*, *Abdomen*, *Criſſum* alba. *Remiges primores* nigri, *ſecundarii* albi macula apicum nigra. *Rectrices* 20 dorſo concolores faſciis nigris. *Femora* ſupra genua nuda. *Pedes* cinerei. *Callus* ſub planta loco quarti digiti. *Plumae* totius corporis ſub pennis pulcherrime roſeae.

*Obs.* Huic avi ſingularia ſunt *Saccus gularis* ingens pro aqua, et *Ventriculus* reliquarum granivorarum abſimilis.

179. Otis *Tetrax* mandibulis imberbibus, collo maris nigro torque albo.

*O. Tetrax* capite juguloque laevi. L. S. N. XII. T. I. p. 264. Fn. Su. 196.

*O. Tetrax* nigro-rufo-alboque variegata ſubtus alba, capite juguloque laevi. Lath. Ind. 2. p. 659.

*Otis Anas Campeſtris* vulgo dicta. Briſſ. Orn. 2. p. 218.

*The French cannepetiere.* Will. Orn. p. 179.

*Leſſer Buſtard.* Penn. Britt. Zool. 1. p. 286. Arct. Zool. 2. p. 321.

*The Little Buſtard.* Edw. Av. 5. t. 251. foemina.

*Petite Outarde ou Cannepetiere.* Buff. Av. 2. p. 40.

Habitat in Suecia rarius tempore vernali.

*Magnitudo* Tetr. Tetricis. *Roſtrum* Gallinae. *Caput* ex nigro et ferrugineo maculatum. *Collum* maris ni-

grum



grum torque albo duplici dimidiato ſuboppoſito. *Corpus* ſupra ex ferrugineo et nigro ſtriatum. *Remiges primores* baſi albi, praeterea nigri, 7 — 10 faſcia nigra infra apicem, 11 — 22 albi punctis aliquot linearibus nigris, 23 — 28 dorſo concolores. *Rectrices* 18, quarum intermediae ex ferrugineo et nigro faſciatae; reliquae albae (Pennant) omnes faſciatae (Brisson) faſciis duabus linearibus nigris in tres areas aequales diviſae, reliquae duae albae lineis undulatis nigris Lanne'. *Corpus* ſubtus album.

*Collum* foeminae dorſo concolor.

## P A V O.

*Caput* pennis revolutis tectum.

*Pennae* uropygii elongatae ocellatae.

180. Pavo *criſtatus* capite criſta compreſſa, calcaribus ſolitariis. L. S. N. XII. T. I. p. 267. Fn. Su. 197. Lath. Ind. 2. p. 616.

*Pavo.* Briſſ. Orn. I. p. 79.

*Peacock.* Will. Orn. p. 158.

*Paon.* Buff. Av. 2. p. 288. t. 10.

β. *Pavo albus.* Briſſ. Orn. 1. p. 81.

*Paon blanc.* Buff. Av. 2. p. 323.

*Suecis* Påfogel.

Hoſpitatur cultus in variis locis, olim vulgatior.

## M E L E A G R I S.

*Caput* carunculis ſpongioſis tectum.

*Gula* caruncula membranacea longitudinali.

181. Meleagris *Gallopavo* capite caruncula frontali gularique, maris pectore barbato. L. S. N. XII. T. I. p. 268. Fn. Su. 198. Lath. Ind. 2. p. 618.

*Gallo-*

*Gallo - Pavo.* Briſſ. Orn. 1. p. 41.
*Turkey.* Will. Orn. p. 159. Penn. Arct. Zool. 2. p. 291.
*Dindon.* Buff. Av. 2. p. 132. t. 5.
*Suecis* Kalkon.

Hoſpitatur ubique cultus.

## PHASIANUS.

*Genae* cute nuda laevigata.

182. Phasianus *Gallus* caruncula compreſſa verticis geminaque gulae, auribus nudis, cauda compreſſa adſcendente. L. S. N. XII. T. I. p. 270. pennis colli linearibus elongatis apice membranaceo. Lath. Ind. 2. p. 625.

*Ph. Gallus* cauda compreſſa adſcendente. Fn. Su. 199.
*Gallus Domeſticus. Gallina Domeſtica.* Briſſ. Orn. 1. p. 45.
*Dunghill Cock* and *Hen.* Will. Orn. p. 154.
*Coq Commun.* Buff. Av. 2. p. 63. t. 2.
*Suecis* Höns. *Mas.* Tupp. *Scanis* Tocke, Hane. *Foemina* Höna.

β. *Gallus criſtatus.* Briſſ. Orn. 1. p. 45.
*Suecis* Toſſshöns, Topphöns.

γ. *Gallus pentadactylus.* Briſſ. l. c. p. 46.
*Suecis* Dubbla Sporrhöns, Tyſka Höns.

δ. *Gallus patavinus.* Briſſ. l. c. p. 46.
*Suecis* Spanska Höns.

ε. *Gallus Anglicus.* Briſſ. l. c.
*Suecis* Engelska Höns.

ζ. *Gallus Pumilio.* Briſſ. l. c.
*Suecis* Dwärghöns.

η. *Gallus plumipes.* Briſſ. l. c. p. 47.
*Suecis* Fiösbente Höns.

ϑ. *Gal-*



ϑ. *Gallus criſpus.* Briſſ. l. c.
*Suecis* Krullhöns.

ι. *Gallus Perſicus.* Briſſ. l. c. p. 48.
*Suecis* Gumphöns.

Hoſpitatur ubique cultus.

## TETRAO.

*Macula* prope oculos nuda papilloſa.

183. Tetrao *Urogallus* pedibus hirſutis, cauda rotundata, axillis albis. L. S. N. XII. T. I. p. 273. Fn. Su. 200.

*T. Urogallus* fuſco - rufus, capite colloque cinereis, gula abdomineque nigris, axillis albis. Lath. Ind. 2. p. 634.
*Urogallus major.* Briſſ. Orn. 1. p. 51.
*Cock of the Mountain or Wood.* Will. Orn. p. 172.
*Wood Grous.* Penn. Britt. Zool. 1. p. 262. t. 40. 41. p. 312. Arct. Zool. 2.
*Tetras ou Grand Coq de Bruyere.* Buff. Av. 2. p. 191. t. 5.
*Suecis* Tiäder - tupp - höns. *Smolandis* Fiäderhane-höna.

Habitat in ſylvis caeſpitoſis paludum inter arbores aceroſas Pini et Abietis.

*Roſtrum* albo - coeruleſcens. *Caput* nigrum, pennis ſub gula in brevis barbae modum laxatis. *Palpebra inferior* plumis albis brevibus ramoſis raris aſperſa, *ſuperior* ſimilis, ſed rubens, utraque margine ſanguinea. Supra ſuperiorem *faſcia* ſanguinea papilloſa. *Colli* pennae laxae nigrae ex faſciis plurimis tenuibus albidis griſeae. *Pectus* atrum aeneo - nitens. *Abdomen* atrum maculis ſparſis candidis irregularibus. *Latera* collo ſimilia, etiam *Dorſum*, at fuſco parum contaminatum. *Alae* ſubtus albae,

albae, ſupra fuſcae nigro tenuiſſime undulatae, ad baſin alulae albae. *Remiges* ſubfuſco-fuliginoſi, *primores* 10, 1 unicolor, 2 fere, 5—7 margine exteriore albidi; *ſecundarii* 21, nigreſcentes, exteriore latere fuſco-undulato, apicis margine albicante, *uropygium* dorſo concolor. *Rectrices* nigrae ſubinde albo-maculatae, omnes truncatae, 2 ſpuriae breviores tenuiſſime undulatae, apicis margine albo. *Criſſum* et *Femora* albo nigroque varia. Pennae ſemorum ad apices radiis longis ſetoſis. *Tibiae* fuſco-plumatae ad digitos usque. *Digiti* ſimiles Tetricis, unguibus nigris.

134. Tetrao *Tetrix* pedibus hirſutis, cauda bifurca, remigibus ſecundariis verſus baſin albis. L. S. N. XII. T. I. p. 274. Fn. Su. 202.

*T. Tetrix* nigro-violacea, cauda bifurca, remigibus ſecundariis verſus baſin albis. Lath. Ind. 2. p. 635.

*Urogallus minor.* Briſſ. Orn. 1. p. 52.

*Heathcock, Blackgame or Grous,* Will. Orn. p. 173.

*Blackcock.* Penn. Britt. Zool. 1. p. 266. t. 42.

*Black Grous.* Penn. Arct. Zool. 2. p. 314.

*Petit Tetras ou Coq de Bruyere à queue fourchue.* Buff. Av. 2. p. 210. t. 6.

*Suecis*, Orre, Orrtupp-höna.

β. *T. Tetrix femina, varietas* ſordide alba ac obſolete ferrugineo-undulata, roſtro nigro, pedibus ferrugineis. Muſ. Carlſſ. 3. t. 66. Blom: N. Act. R. Ac. Suec. 1785. p. 230.

γ. *T. hybridus* cauda bifurca ſubtus albo-punctata. Fn. Su. 201. Muſ. Carlſſ. 1. t. 15. Act. R. Ac. Suec. 1744. p. 181.

*Spurious Grous.* Penn. Arct. Zool. 2. p. 314. Suppl. p. 62.

*Suecis* Rackelhane. *Roſlagis* Roſlare.

δ. T.



δ. *T. Eriopus* cauda bifurca, corpore albo-nigroque variegato, tibiis digitisque albo-lanatis.

*T. Tetrix mas varietas* corpore nigro alboque variegato, macula pectorali maxima atro-nitenti. Muſ. Carlſſ. 3. t. 65.

Habitat α ubique in ſylvis praeſertim aceroſis, β. prope Hedemora, γ. in ſylvis Sueciae et Finlandiae paſſim patre Tetrice, matre Urogallo, δ. in Norrlandia obſervata, forte hybrida proles patre Tetrice et matre Lagopode.

*Mas.* Niger, ſed *Collum* et *Dorſum* obſcure coeruleo nitore ſplendentia. *Nares* pennis minutis obtectae. *Remiges* nigri, ſed *ſecundarii* a baſi ad medium et apicibus albi. *Pennae, Alulae* et *Tectrices* primorum etiam baſi albae. In flexura inter brachium et cubitum macula alba. *Tectrices* inferiores alarum albae. *Uropygium* album. *Femora* et *Tibiae* pennis cinereis vel cinereo-fuſcis usque ad digitos veſtitae. *Digiti* impennes marginati et utrinque ciliati. *Cauda* rectricibus 16 nigris, tribus exterioribus utrinque extrorſum curvatis ut et 4 et 5 ſenſim brevioribus, reliquis aequalibus.

*Foemina* minor. *Macula* coccinea ſuperciliaris minus conſpicua. *Caput* et *Collum* ex ferrugineo et nigro maculata, *Dorſum* etiam, ſed magis ſaturate. *Pectus* fuſco-nigro et albo-maculatum. *Cauda* dorſo concolor laeviter forficata, rectricibus 18. *Uropygium* album. *Remiges* latere interiore albo-maculati, tectricibus penultimis albis. *Pedes* maris.

γ. *Cauda* vix bifurca, ſed *rectrices* extimae apicibus tantum recurvatae. *Caput, Collum, Dorſum, Pectus* qualia in α, at *tectrices alae* fuliginoſo-fuſcae albo-punctatae, et *uropygium* album maculis nigris. Macula humeralis alba ut in Tetrice. *Tibiae* pennatae, at digiti nudi.

Q δ. Gula,

2. *Gula*, *Pectorale*, *Caudaque* (magis quam in γ. bifurca) nigra. *Dorſum*, *Uropygium*, *Alarum tectrices* nigra, marginibus pennarum albis. Reliqua alba irregulariter nigro-maculata. *Tibiae* et *Digiti* usque ad ungues plumis veſtiti. Ceterum ſimilis Tetrici mari.

185. TETRAO *cachinnans* tibiis pennatis, digitis ſquamatis nudis, rectricibus XIV omnibus nigris, linea ſuperciliari coccinea membrana concolore tecta.

T. *Lagopus* pedibus nudis ſquamatis calcaratis, tibiis pennatis, linea ſuperciliari coccinea linea concolore tecta. *Montin.* Phyſ. Sällſk. Handl. 1. p. 155.

T. *Lapponicus* dorſo nigro ferrugineo-vario, collo ferrugineo nigro-maculato, pectore criſſoque albis. Lath. Ind. 2. p. 640.

*Rehuſak.* Penn. Arct. Zool. 2. p. 316.

*Rieuſak.* Leems Lappl. p. 243.

*Show Rype.* Pontopp. Norg. Nat. Hiſt. 2. p. 149.

*Suecis* Snöripa, Skogs Ripa. *Lapponibus* Rehuſak.

Habitat in borealibus Sueciae provinciis et Lapponia, alpeſtria et ſylvatica loca frequentans. Terrefacta avolans cachinnos edit. Ova 13 — 14 ruſo-maculata.

*Magnitudo* minoris Gallinae. *Vertex* capitis elevatus. *Roſtrum* nigreſcens, convexum, compreſſiuſculum, fere conicum: *mandibula ſuperior* apice deflexo obtuſo, *inferior* ad baſin tetragona. *Nares* oblongae, tectae plumulis ſetaceis nigris ferrugineisque. *Oculi* ſolito altius locati, nigri. *Palpebrae* albae, ſuperiores macula oblonga coccinea, membrana ejusdem coloris tecta. *Capitis* latera obſcurius ferruginea, *gula* obſcuriore. *Vertex* niger maculis ferrugineis. *Collum* ferrugineum maculis transverſis nigris, in cervice anguſtioribus, latioribus



ribus in jugulo. *Collum a pectore* diſtinguitur faſcia transverſa ſaturatiore, ſub qua *Pectus* ad dimidium ſterni collo concolor maculis nonnullis albis, dein una cum abdomine album. *Criſſum* album maculis flavis. *Dorſum* nigrum ferrugineo-ſtriatum apicibus quarundam pennarum albidis. *Alae* dorſo concolores margine et ſubtus albae. *Remiges* albi 1 — 5 medio latiores, obtuſi, 6 — 19 nonnihil breviores, dimidio latiores, aequales. *Tectrices* albae. *Scapulares* variegatae. *Cauda* alis multo longior, pedibus tamen brevior. *Rectrices* 14, 1, 1. — 6, 6. aequales, truncatae, nigrae, baſi albae apicibus pallidis, *ſpuriae* quatuor legitimis incumbentes breviores dorſo concolores. *Femora* alba pallide ferrugineo-maculata. *Tibiae* pennis ſordide albis tectae. *Pedes* tetradactyli, *digitis* baſi membranula connexis, cinerei, nudi, ſquamis tecti. *Ungues* rectiuſculi, ſubtrigoni, obtuſi, cinerei. MONTIN. Hyeme alba praeter rectrices.

186. TETRAO *Lagopus* tibiis digitisque lanatis, rectricibus XVI, intermediis duabus albis, ſuperciliorum membrana nulla.

T. *Lagopus* cinereo-alboque varius, pedibus lanatis, remigibus albis, rectricibus maris apice albis, intermediis albis. Lath. Ind. 2. p. 639.

T. *mutus* pedibus tibiisque lanatis, linea ſuperciliari coccinea nuda, cauda ſimplici truncata. *Montin.* Phyſ. Sällſk. Handl. 1. p. 155.

*Lagopus.* Roberg Diſſ. Monogr. p. 21.

*Field Rype.* Pontopp. Norg. Nat. H. 2. p. 149.

*Giron.* Leems Lappl. p. 243.

*Suecis* Ripa. Fiäll Ripa. *Lapponibus* Keron.

Habitat in ſolis alpibus Lapponicis, nec in ſylveſtria loca deſcendit. Ova 8 ad ſummum 10 ponit punctis

etis nigris irrorata, ſerius quam praecedens. Nullum ſonum e terra ſe extollens edit.

Perdice vix major. *Caput* forma et colore prioris, ſed minus elevato vertice. *Roſtrum* nigrum conico-ſubtriquetrum, breve, *mandibula ſuperiore* magis acuta, *inferiore* tetragona. *Nares* ovatae, antice ſubacutae patulae, poſtice plumis ſetaceis nigris albisque tectae. *Oculi* praecedentis ſitu et colore. *Palpebrae* albae, ſuperciliis coccineis, ſed membrana ſupera nulla. *Gula* rufa maculis obſcure cinereis. *Collum* cinereo-nigreſcens ſtriis pallide ferrugineis albisque. *Pectus* ſuperne pallide ferrugineum vel teſtaceum maculis transverſis cinereo-nigricantibus aliisque vagis albis, *inferius* et *Abdomen* alba. *Dorſum* collo concolor maculis aliis saturatius ferrugineis aliisque teſtaceis. *Alae* ſupra dorſo ſimiles, margine et ſubtus albae. *Remiges* albi 1 — 5 medio anguſtiores, 6 — 20. duplo fere breviores, at duplo latiores, apicibus rotundatis. *Tectrices* albae. *Scapulares* 5 ſecundariis longiores dorſo concolores. *Cauda* dorſi longitudine dimidia, ſimplex. *Rectrices* XVI. aequales, truncatae, 1. 1. — 7. 7. a baſi ad tertiam partem utrinque albae, dehinc nigreſcentes margine extimo exalbido 8. 8. omnino albae, *ſpuriae* quatuor, quarum intermediae longitudine legitimarum, exteriores breviores, cinereo-nigreſcentes ſtriis obliquis parallelis ferrugineis. *Femora* extus pennis longis pectore concoloribus, intus plumis piloſis ſordide albis. *Tibiae* et Digiti proprie lanati ſeu plumis piloſis, minime pennis tecti. *Ungues* ovati, obtuſi, ſupra convexi, plumbei, ſubtus cavi albi, verſus apicem parum deflexi. Montin.

*Obs.* Donec Auctorum Lagopodes cum datis deſcriptionibus comparentur Synonymia incerta. Utramque noſtram avem ſub ſpecie Tetraonis Lagopodi comprehendit *Gen. a* Linné, neutra vero mihi videtur genuina Auctorum Lagopus. Num *Tetrao Lagopus* de la Peyrouſe Act. Toloſ. Vol. 1. ſit *Lagopus Fabricii* Fn. Groenl. 80 et *Ptarmigan* Penn. Britt. Zool. 1. p. 271. neſcio, quum dictus Liber ad manus non ſit, hanc vero avem ab utraque noſtra diverſam eſſe certum videbitur deſcriptiones conferenti. Quantum ex deſcriptionibus minus perfectis auctorum concludere potui, *genuina Lagopus* et tibiis et digitis veſtitis (an vero plumis vel pennis) et macula nigra a roſtro ad oculos, rectricibus XII nigris apice albis ac duabus intermediis nigricantibus cinereo-punctatis diſtinguitur. *The white Partridge* Edw. Av. 2. t. 72 certe a noſtris aliena; at ſi hanc ex Norwegia acceperit *Nob.* Pennant, tertia adhuc ſpecies in Lapponia occurrit.



Omnes tres hyeme albeſcunt et pennis corporis duplicatis eo tempore veſtiuntur.

187. Tetrao *Bonaſia* tibiis hirſutis, rectricibus cinereis punctis nigris faſciaque nigra, exceptis intermediis duabus, L. S. N. XII. T. I. p. 275. Fn. Su. 204.

*T. Bonaſia* rufeſcens fuſco-maculatus, rectricibus cinereis punctis nigris faſciaque nigra, exceptis intermediis duabus. Lath. Ind. 2. p. 640.

*Bonaſia.* Briſſ. Orn. 1. p. 55.

*Hazelhen.* Will. Orn. p. 175.

*Hazelgrous.* Penn. Arct. Zool. 2. p. 317.

*Gelinotte.* Buff. Av. 2. p. 233. t. 7.

*β. T. canus,* corpore cano, fuſco-undulato, roſtro pedibusque nigris. Muſ. Carlſſ. 1. t. 16. Lath. Ind. 2. p. 640.

*Suecis* Hjärpe.

Habitat

Habitat inter Betulas praecipue, cujus amentis victitat, in borealibus inprimis Sueciae provinciis vulgaris, e Scania exulat.

Mas. *Caput* et *Collum* cinerea lineolis transverſis fuſcis, *Gula* nigra. Sub hac *Jugulum* albidum. Sub oculis verſus aures a roſtro macula oblonga alba. Supra aures alia macula alba ad finem ſupercilii coccinei. *Nares* plumis omnino tectae. *Alae* ſupra ferrugineae maculis nigris. *Remiges* 21. *Dorſum* cinereum punctis nigris. *Abdomen* album maculis magnis cordatis fuſco-ferrugineis. *Rectrices* 16 longitudine pedum, quarum 1. 1. — 7. 7. cinereae nigro-punctatae, et verſus apicem faſcia lata nigra, apicibus albis, 8. 8. absque macula et faſcia. *Pedes* ad digitos usque veſtiti. *Digiti* nudi marginibus ciliatis.

Foeminae *tempora* albicant. *Gula* minime nigra. *Dorſum* canum maculis longitudinalibus nigris, ceterum a capite cinereum lineolis transverſis fuſcis. *Alae* ſupra verſus baſin ferrugineo-et nigro-maculatae. *Remiges primores* cinerei 10, quorum 1 — 7. margine anteriore griſei; *ſecundarii* 10 cinerei a latere anteriore maculis dilute ferrugineis aſperſi, at 8. 9. 10 immaculati. *Rectrices* 16 cinereo-nigro-maculatae; transverſim verſus apicem has omnes faſcia nigra ambit, exceptis duabus intermediis.

Ni multum fallor *T. canus* mera eſt varietas *Bonaſiae* licet ſingularis.

*Tibiae* in Bonaſia Gallorum, Italorum tantum ad dimidias antice plumoſae, an alia ſpecies vel pro climate ſolum differunt?

188. Tetrao *Perdix* pedibus nudis calcaratis, macula nuda coccinea ſub oculis, cauda ferruginea, pectore brunneo. L. S. N. XII. T. I. p. 276. Fn. Su. 205.

*Perdix cinerea* calcarata, cinereo, rufo et nigro varia, macula nuda coccinea ſub oculis, cauda ferruginea, pectore brunneo. Lath. Ind. 2. p. 645.

*Perdix cinerea.* Briſſ. Orn. 1. p. 61.

*The common Partridge.* Will. Orn. p. 166.

*Partridge.* Penn. Britt. Zool. 1. p. 274. Arct. Zool. 2. p. 319.

*Perdrix griſe.* Buff. Av. 2. p. 401.

*Suecis* Rapphöns. *Scanis* Åkerhöns.

Habitat in agris, praeſertim Scania.

*Caput* ſupra griſeum punctis oblongis albidis aſperſum. *Gula*, *Superciliorum* regio et *Facies* rufeſcentia. *Nares* ſquama tectae. *Macula ſanguinea* ſub palpebra inferiore pone oculum ducta papilloſa. *Pectus* cinereum lineolis tenuiſſimis undulatum in mare macula fulvo-brunnea ſublunata notatum. *Dorſum* griſeum maculis linearibus undulatis brunneis. *Abdomen* et *Femora* albida. *Alarum tectrices* griſeae maculis fuſco-brunneis, rachi alba. *Remiges* 22. cinereo-nigri faſciis pallidis. *Rectrices* 18 ferrugineae. *Pedes* flaveſcentes. *Mas* calcaratus, *foemina* mutica.

189. Tetrao *Coturnix* pedibus nudis, corpore griſeo-maculato, ſuperciliis albis, rectricibus margine lunulaque ferruginea. L. S. N. XII. T. I. p. 278. Fn. Su. 206.

*Perdix Coturnix* mutica, corpore griſeo maculato, ſuperciliis albis, rectricibus margine lunulaque ferrugineis. Lath. Ind. 2. p. 651.

*Coturnix.* Briſſ. Orn. 1. p. 69.

*Quail.* Will. Orn. p. 169. Penn. Britt. Zool. 1. p. 276. Arct. Zool. 2. p. 320.

*La Caille.* Buff. Av. 2. p. 449. t. 16.

*Suecis* Wachtel.

Habitat in arvis.

*Caput* ſupra nigrum, linea a roſtro ad nucham pallida medio diviſum, alia linea pallida ſupra utrumque oculum. *Palpebrae* maris rubentes. *Area* lata, longa, nigricans ſub mandibula inferiore. *Collum* et *Pectus* pallide teſtacea maculis obtuſis in ſingula penna utrinque ſolitariis. *Abdomen* albidum. *Corpus* ſupra tegitur pennis rachi linea flava notatis apice teſtaceis nigropunctatis. *Remiges* 18 exteriores fuſci, interiores pallidiores a latere exteriore maculis dilute teſtaceis. *Rectrices* 12 breves fuſcae rachi alba, ferrugineo-faſciatae. *Pedes* pallidi, nudi, *digitis* membrana baſi connexis. *Foemina* ſub collo nullis maculis nigris gaudet.

## 6. PASSERES.

### COLUMBA.

*Roſtrum* rectum verſus apicem deſcendens.

*Nares* oblongae, membrana molli tumida ſemitectae.

*Lingua* integra.

190. Columba *Oenas* coeruleſcens, cervice viridi nitente, dorſo poſtico albo, faſcia alarum apiceque caudae nigricante. L. S. N. XII. T. I. p. 279. Fn. Su. 207. Lath. Ind. 2. p. 589.

*Oenas ſive Vinago.* Briſſ. Orn. 1. p. 20.

*Stock Dove or Wood Pigeon.* Will. Orn. p. 185. Penn. Britt. Zool. 2. Addit. Arct. Zool. 2. p. 329.

*Rock Pigeon.* Penn. Britt. Zool. 1. t. 45.

*Suecis* Skogs Duſwa, Wild Duſwa.

Habitat in ſylvis, agros frequentans.

*Roſtrum*



*Roſtrum* carneum. *Caput*, *Collum*, *Dorſum* cinereo-cana, at *latera colli* et ſubinde *Cervix* viridi colore vario pulcherrime ſplendentia. *Pectus* purpuraſcens. *Abdomen* cinereum. *Uropygium* albidum. *Remiges primores* 1 . . 4. nigricantes, margine exteriore albi, reliqui cinerei. *Tectrices* alarum cinereae, apicibus nigris. *Rectrices* cinereae apicibus nigrae, at 1. 1. extus dimidiato-albae.

Hujus varietates domeſticae

α. *Columba domeſtica.* Lath. Ind. 2. p. 589. Briſſ. Orn. 1. p. 13.

*Pigeon commun.* Buff. Av. 2. p. 501.

β. *Columba Livia* cinereo-coeruleſcens, faſcia alarum duplici nigra, dorſo inferiore albo. Lath. l. cit. Briſſ. l. cit.

*Biſet.* Buff. l. c. p. 498.

γ. *Columba gutturoſa* pectore inflato. L. S. N. XII. T. I. p. 280. Briſſ. l. c. p. 16. Lath. l. cit. p. 593.

*Croppers.* Will. Orn. p. 181.

*Le Pigeon groſſe-gorge.* Buff. l. cit. p. 505. t. 17. 18.

*Suecis* Kroppduſwa, Kroppert.

δ. *Columba daſypus* pedibus hirſuto-pennatis. L. S. N. l. cit. p. 279. Briſſ. l. c. p. 14. Lath. l. c. p. 590.

*Rooughfooted Pigeon.* Will. l. c.

*Scanis* Fiösbent Duſwa.

ε. *Columba cucullata* pennis occipitis roflexo erectis. L. S. N. l. c. p. 280. Briſſ. 1. p. 15. Lath. l. c. 591.

*Jacobines.* Will. Orn. p. 181.

*Pigeon nonnin.* Buff. l. c. p. . . . t. 19.

*Suecis* Iacobin.

ζ. *Columba turbita* pennis in pectore recurvatis. L. S. N. l. c. p. 250. Lath. l. c. p. 592. Briſſ. Orn. 1. p. 15.

*Turbits*

*Turbits.* Will. Orn. p. 182.
*Le Pigeon Cravate.* Buff. Av. l. c. p. 515. t. 23.
*Scanis* Meſſicka.

ε. *Columba criſpa* plumis minimis erectis per dorſum alasque diſperſis. L. S. N. l. c. p. 280. (*hiſpida*) Lath. Ind. l. c. p. 591.
*Pigeon friſé.* Buff. Av. l. c. p. 519.
*Suecis.* Krull Dufwa.

ζ. *Columba gyratrix* ſub volatu ſe gyrans. L. S. N. l. c. p. 280. Lath. l. c. p. 592. Briſſ. Av. 1. p. 17.
*Tumblers.* Will. Orn. p. 189.
*Pigeon culbutant.* Buff. Av. l. c. p. 517.
*Scanis* Tummelett.

ι. *Columba laticauda* cauda erecta multipenni patula. L. S. N. l. c. p. 280. Lath. l. c. p. 592. Briſſ. Orn. 1. p. 18.
*Broadtailed Shakers.* Will. Orn. p. 181.
*Pigeon-paon.* Buff. Av. l. c. p. 512. t. 22.
*Suecis* Krumſijert.

κ. *Columba frontalis* corpore albo, macula frontis caudaque concolore. Lath. l. c. p. 594.
*Spot Pigeon.* Will. Orn. p. 182.
*Suecis* Kalott.

λ. *Columba galeata* capite, remigibus rectricibusque concoloribus a corpore diverſicoloribus. L. S. N. l. c. p. 280. Lath. l. c. p. 592. Briſſ. Orn. 1. p. 18.
*Helmets.* Will. Orn. p. 182.
*Pigeon cuiraſſé.* Buff. Av. 2. p. 515.

μ. *Columba percuſſor* ſub volatu ſe gyrans et alas fortiter percuſſans. Lath. l. c. p. 593. Briſſ. Orn. 1. p. 17.
*Smiter Pigeon.* Will. Orn. p. 182.
*Suecis* Slag Dufwa.

ν. Co-



ν. *Columba hiſpanica* cera albido-furfuracea. L. S. N. l. c. p. 279. Lath. l. c. p. 590.
*Columba romana.* Briſſ. Orn. 1. p. 15.
*Roman Pigeon.* Will. Orn. p. 181.
*Pigeon Romain.* Buff. l. c. p. 510.
*Spanska Dufwor.* it. Weſtrog. p. 8.
et quae ſunt plures hinc inde obſervandae.

191. Columba *Palumbus* rectricibus poſtice atris, remigibus primoribus margine exteriore albidis, collo utrinque albo. L. S. N. XII. T. I. p. 282. Fn. Su. 208. Lath. Ind. 2. p. 601.
*Palumbus.* Briſſ. Orn. 1. p. 20.
*Ringdowe.* Will. Orn. p. 185. Penn. Britt. Zool. 1. p. 296. Arct. Zool. 2. p. 329.
*Le Ramier.* Buff. Av. 2. p. 539. t. 24.
*Suecis* Ring Dufwa. *Scanis* Ringel Dufwa. *Oelandis* Sjutut.

Habitat in ſylvis.

*Roſtrum* apice flaveſcens. *Caput* cinereo-coeruleſcens. *Colli latera* a tergo viridi-aureo-nitida macula ſublunata albida. *Pectus* pallide rubrum ex cinereo reſplendens. *Abdomen* albidum. *Dorſum* canum. *Alae* cinereo-fuſcae, macula transverſa alba. *Remiges* nigreſcentes, *primores* margine exteriore albidi. *Rectrices* aequales, extrorſum atrae, verſus baſin fuſcae, in medio pallidiores. *Pedes* rubri.

192. Columba *riſoria* ſupra luteſcens, lunula cervicali nigra. L. S. N. XII. T. I. p. 285. Lath. Ind. 2. p. 607.
*Turtur torquatus.* Briſſ. Orn. 1. p. 25.
*The Indian Turtle of Aldrowand.* Will. Orn. p. 184.

La

*La Tourterelle à collier.* Buff. Av. 2. p. 550. t. 26.
*Suecis* Turturduſwa.

Hoſpitatur hinc inde in domibus.

*Roſtrum* nigricans. *Irides* rubrae. *Supra* ex albido ſordide luteſcens *collari* nigro dimidio, *ſubtus* albidum corpus. *Remiges* fuſceſcentes. *Rectrices* cinereae. *Pedes* rubri.

## ALAUDA.

*Roſtrum* cylindrico-ſubulatum, recta protenſum, mandibulis aequalibus baſi deorſum dehiſcentibus.

*Lingua* bifida.

*Unguis* poſticus rectior, digito longior.

193. Alauda *arvenſis* rectricibus extimis duabus extrorſum longitudinaliter albis, intermediis interiore latere ferrugineis. L. S. N. XII. T. I. p. 287. Fn. Su. 209.

*A. arvenſis* nigricante, griſeo-rufeſcente et albido-varia, ſubtus rufo-alba, rectricibus extimis duabus extrorſum longitudinaliter albis, intermediis interiore latere ferrugineis. Lath. Ind. 1. p. 491.

*Alauda.* Briſſ. Orn. 1. p. 404.

*The common Skie Lark.* Will. Orn. p. 203.

*Skye Lark.* Penn. Britt. Zool. 1. p. 353. t. 55. Arct. Zool. 2. p. 394.

*L'Alouette.* Buff. Av. 5. p. 1. t. 1.

*Suecis* Lärka, Åkerlärka, Sånglärka.

Habitat in arvis, copioſiſſime in Scania campeſtri.

*Roſtrum* tenue, convexum, maxillis ſubaequalibus non emarginatis. *Lingua* obtuſa apice membranaceo acute bifido. *Corpus* totum fuſco-teſtaceum, pennis fuſcis

fuſcis



fuſcis margine extimo pallide teſtaceo. *Abdomen* albicans. *Remiges* 16 fuſci, quorum 3 exteriores ſubaequales, *primores* integri, *ſecundarii* emarginati, apicibus obſolete albicantibus, *Cauda* bifurca. *Rectrices* 12 fuſcae, at 1. 1. alba margine interiore fuſco, 2. 2. margine exteriore longitudinaliter albae. *Unguis* poſticus digitum intermedium longitudine ſuperat, rectus; laterales ungues inflexi: intermedius longus.

194. Alauda *pratenſis* rectricibus extimis duabus extrorſum albis, linea ſuperciliorum alba. L. S. N. XII. T. I. p. 287. Fn. Su. 210.

*A. pratenſis* viridi-fuſca, rectricibus duabus extrorſum albis, linea ſuperciliari alba. Lath. Ind. 1. p. 493.

*A pratenſis.* Briſſ. Orn. 1. p. 406.

*Tit-Lark.* Will. Orn. p. 206. Penn. Britt. Zool. 1. p. 357. Arct. Zool. 2. p. 395.

*La Farlouſe.* Buff. Av. 5. p. 31. t. 3.

*Suecis* Anglärka.

Habitat in pratis, arboribus etiam inſidet.

*Roſtrum* pallidum. *Caput*, *Dorſum*, *Tectrices* alarum, *Pectus* ſcolopacina l. griſeo-fuſco-maculata. *Venter* albicat. *Lineola* albida ſupra oculos. *Remiges* fuſci. *Rectrices* aequales, nigricantes, exceptis duabus extimis utrinque margine exteriore longitudinaliter albis. *Pedes* pallidi l. ſordide luteoli. *Unguis* poſticus longus.

195. Alauda *arborea* capite vitta annulari alba cincto. L. S. N. XII. T. I. p. 287. Fn. Su. 211. Lath. Ind. I. p. 492.

*A. arborea.* Briſſ. Orn. 1. p. 405.

*Wood Lark.* Will. Orn. p. 204. Penn. Britt. Zool. 1. p. 356. Arct. Zool. 2. p. 395.

*Le*

*Le Cujelier.* Buff. Av. 5. p. 25.
*Suecis* Trädlärka, Skogslärka.

Habitat in arboribus. Volat gregatim cantando.

*Roſtrum* ſupra nigrum. *Caput* annulo albo fere cinctum. *Collum* ſubtus flaveſcens maculis fuſcis. Tota avis *ſupra* griſea fuſco-maculata. *Pectus* ſubrufeſcens. *Abdomen* albicans. *Remiges* fuſci. *Rectrices* breves, fuſci, at 1. 1. dimidiato-albicantes, ſed oblique et apex totus albus, quae albedo anguſtior verſus marginem exteriorem, 2. 2. 3. 3. 4. 4. apice macula alba cuneiformi. *Unguis* digito longior.

196. ALAUDA *campeſtris* rectricibus fuſcis: inferiore medietate, exceptis intermediis duabus, albis, gula pectoreque flaveſcente. L. S. N. XII. T. I. p. 288. Fn. Su. 212. Lath. Ind. 1. p. 495.
*A. campeſtris.* Briſſ. Orn. 1. p. 408.
*The Leſſer Field Lark.* Will. Orn. p. 207.
*Field Lark.* Penn. Britt. Zool. 1. p. 358. Arct. Zool. 2. p. 395.
*La Spipolette.* Buff. Av. 5. p. 43.
*Suecis* Fältlärka.

Habitat in campis.

Magnitudo et facies Fringillae Spini. *Roſtrum* nigrum mandibula inferiore rubedine tincta. *Linea* flaveſcens ſupra oculos verſus occiput a roſtro ducta. *Caput, Dorſum* griſea maculis nigris vel fuſcis more ſcolopacino. *Uropygium* virideſcens. *Gula* et *Pectus* flaveſcunt maculis nigris. *Abdomen* albicans. *Alarum tectrices* nigro-fuſcae albo-marginatae. *Remiges* fuſci, 1. albo-marginato, reliqui margine exteriore ſubviridi. *Rectrices* aequales, fuſcae, a baſi ad medium omnes albae, exceptis duabus intermediis. *Pedes* pallide fuſci. *Unguis* poſticus intermedio paulo longior, at brevior quam in congeneribus.

197.



197. ALAUDA *trivialis* rectricibus fuſcis: extima dimidiato-alba, ſecunda apice cuneiformi-alba, linea alarum duplici alba. L. S. N. XII. T. I. p. 288.
*A. trivialis* nigricante et olivaceo varia, ſubtus albo-flavicans maculis nigricantibus, rectrice extima dimidiato, ſecunda apice alba. Lath. Ind. 2. p. 495.
*A. ſepiaria.* Briſſ. Orn. 1. p. 407.
*Tit Lark that ſings like a Graſshopper.* Will. Orn. p. 207.
*Graſshopper.* Penn. Britt. Zool. 1. p. 382. Arct. Zool. 2. p. 419.
*Alouette Pipi.* Buff. Av. 5. p. 39. t. 4.
*Suecis* Piplärka.

Habitat in campis ſepibusque. Vox Locuſtae, etiam nocte audienda.

*Roſtrum* tenue nigricans. *Caput* et tota *Avis ſupra* fuſco-olivacea maculis nigris, *ſubtus* ſordide flaveſcens nigro-maculata. *Remiges* fuſci, *ſecundarii* emarginati. *Cauda* ſubcuneata. *Rectrices* acutae, fuſcae, extima dimidiato-alba, ſecunda macula apicis cuneiformi. *Pedes* ſordide albeſcentes, *ungue* poſtico magis quam in congeneribus brevi et curvo.

Alaudam pratenſem hujus marem annoſum putat BECHSTEIN *Vög. Deutſchl.* 3. p. 134 etc.

198. ALAUDA *criſtata* rectricibus nigris: extimis duabus margine exteriore albis, capite criſtato. L. S. N. XII. T. I. p. 288. Lath. Ind. 1. p. 499.
*A. criſtata.* Briſſ. Orn. 1. p. 410.
*The creſted Lark.* Will. Orn. p. 208.
*Cochevis ou groſse Alouette huppé.* Buff. Av. 5. p. 68.
*Scanis* Topplärka.

Habitat in campis Scaniae, egregie cantillans, terrae plerumque inſidens.

*Roſtrum*

*Roſtrum* nigreſcens, mandibula inferiore pallida. *Supra* teſtacea maculis fuſcis, *ſubtus* ſordide alba, nigromaculata in jugulo et pectore. *Pennae pilei* nigricantes in criſtam ſemipollicarem erigendae. *Supercilia* pallida. *Remiges* fuſceſcentes. *Cauda* ſubaequalis rectricibus 1. 1. — 4. 4. nigris, 5. 5. 6. 6. griſeis, at extimae duae margine exteriore albo. *Pedes* cinerei, *ungue* poſtico quam medio longiore.

## STURNUS.

*Roſtrum* ſubulatum, angulato-depreſſum obtuſiuſculum, mandibula ſuperiore integerrima, marginibus patentiuſculis.

*Nares* ſupra marginatae.

*Lingua* emarginata acuta.

199. Sturnus *vulgaris* roſtro flaveſcente, corpore nigro punctis albis. L. S. N. XII. T. I. p. 290. Fn. Su. 213. Lath. Ind. 1. p. 321.

*Sturnus*. Briſſ. Orn. 1. p. 280.

*Stare or Starling*. Will. Orn. p. 196.

*Stare*. Penn. Britt. Zool. 1. p. 299. t. 46. Arct. Zool. 2. p. 331.

*Etourneau*. Buff. Av. 5. p. 176. t. 15.

*Suecis* Stare.

Habitat in cavis arborum, turribus, ſub tectis etc. ubi nidificat. Volitat gregatim. Accedit poſt mediam aeſtatem in Scaniam campeſtrem. Victitat lumbricis, inſectis, larvis. Hortis utilis. *It. Scan.* 65.

*Roſtrum* flavum, in junioribus nigreſcens. *Nares* ſquamula vel margine ſuperiore dilatato ſemitectae. *Corpus* nigrum ex coeruleo-viridi-cupreo reſplendens, pennarum apicibus macula parva albida, in aliis ad flavedinem



vedinem in aliis ad rubedinem vergente. *Remiges* nigricantes, margine exteriore obſolete teſtaceo. *Cauda* integra, rectricibus nigris margine exteriore ſubgriſeo. *Tectrices* caudae inferiores nigrae margine albo. *Pedes* rufeſcentes ungue poſtico majore.

Videtur affinis Picarum ordini.

200. Sturnus *Cinclus* niger pectore albo. L. S. N. XII. T. I. p. 290. Fn. Su. 214.

*Turdus Cinclus* fuſco-nigricans, genis, gutture, collo inferiore et pectore niveis, ventre ſupremo fuſco-rufeſcente, imo rectricibusque nigricantibus. Lath. Ind. 1. p. 343.

*Merula aquatica*. Briſſ. Orn. 1. p. 275.

*Water Ouzel or Water Crake*. Will. Orn. p. 149. Penn. Britt. Zool. 1. p. 310. Arct. Zool. 2. p. 332.

*Merle d'eau*. Buff. Av. 8. p. 134. t. 11.

*Suecis* Wattnſtare, Strömſtare.

Habitat apud nos per totum annum, hyeme ad voragines fluviorum et cataractas degens, ubi fluenta deſcendit, inſectis victitans, aſcenditque dexteritate ſumma, licet fiſſipes. Male inter Tringas relata avis, nec Sturni neque Turdi generi ſat bene aſſociata. Singularis fragilitas roſtri in ave mortua, an quoque in viva?

*Roſtrum* nigrum, compreſſiuſculum, mandibula ſuperiore carinata. *Nares* membrana tectae. *Caput* et *Collum* fuſco-nigricantia (picea Linné forte pro aetatis differentia). *Dorſum* pennis tegitur apicis margine nigris, ſupra cinereis, unde ex nigro et cinereo undulatum apparet. A roſtro ad ſternum nivea. *Abdomen* in adulta ave ferrugineum. *Remiges* 17 nigri, apicibus

 ſub-

ſubalbidis. *Cauda* nigra brevis, quam Motacillae inſtar motitat. *Criſſum* cinereum. *Pedes* nigri antice pallidiores. *Genas* albas nonvidimus.

### TURDUS.

*Roſtrum* tereti-cultratum, mandibula ſuperiore apice deflexo emarginato.

*Nares* nudae, ſuperne membrana ſemitectae.

*Faux* ciliata.

*Lingua* lacero-emarginata.

201. Turdus *viſcivorus* dorſo fuſco, collo maculis albis, roſtro flaveſcente. L. S. N. XII. T. I. p. 291.

*T. viſcivorus* ſupra griſeo-fuſcus, ſubtus albo-flavicans maculis nigricantibus varius, rectricibus tribus extimis albo-terminatis. Lath. Ind. 1. p. 327.

*T. viſcivorus* alis ſubtus flaveſcentibus, rectricibus tribus lateralibus apice albis. Fn. Su. 216.

*Turdus major*. Briſſ. Orn. 1. p. 213.

*Miſſelbird* or *Shrite*. Will. Orn. p. 187.

*Miſſeltruſh*. Penn. Britt. Zool. 1. p. 301. Arct. Zool. 2. p. 341.

*La Draine*. Buff. Av. 5. p. 295. t. 19. f. 1.

*Suecis* BjörkTraſt, Dubbel Kramsfogel.

Habitat in ſylvis et fruticetis, primo vere e ſummitate excelſarum arborum cantillans.

Ceteris Turdis indigenis major. *Roſtrum* fuſcum baſi flavum. *Linea* albicans per oculos. *Gula* alba punctis fuſcis. *Pectus* et *Abdomen* flavicantia maculis nigris: ſuperioribus trigonis, inferioribus rotundis. *Caput* cinereum maculis fuſcis. *Dorſum* et *Tectrices* alarum *ſuperiores* fuſco-olivacea, hae autem apice albeſcentes:



ſcentes; *ultimae* fuſcae albo-marginatae. *Dorſum* poſtice flaveſcens. *Remiges* fuſco-nigricantes baſi interiore albi. *Rectrices* fuſco-ferrugineae tribus exterioribus apicibus albis. *Pedes* flavi.

202. Turdus *muſicus* remigibus baſi inferiore ferrugineis. L. S. N. XII. T. I. p. 292. Fn. Su. 217.

*T. muſicus* ſupra griſeo-fuſcus, ſubtus albo-rubeſcens maculis nigricantibus varius, remigibus baſi interiore ferrugineis. Lath. Ind. 1. p. 327.

*Turdus minor*. Briſſ. Orn. 1. p. 214.

*Mavis*, *Throſtle* or *Song Truſh*. Will. Orn. p. 188.

*Throſtle*. Penn. Britt. Zool. 1. p. 306. Arct. Zool. 2. p. 342.

*La Grive*. Buff. Av. 5. p. 280.

*Suecis* Droſſel.

Habitat in Sylvis. In caveis egregie cantillat.

Minor praecedente, cui praeterea multum ſimilis forma, colore, moribus, at *Linea* flaveſcens a roſtro ad oculos, *ſtria* nigritans a ſinu oris verſus gulam utrinque. *Latera capitis* maculata. *Pectus* rubedine inquinata maculis nigris. *Tectrices* remigum maculis triquetris ferrugineis, ſubalares flavo-ferrugineae.

203. Turdus *pilaris* rectricibus nigris: extimis margine interiore apice albicantibus, capite uropygioque cano. L. S. N. XII. T. I. p. 291. Fn. Su. 215. It. Gottl. 258. Brünn. Orn. bor. p. 65. n. 232. 233.

*T. pilaris*, fuſco-rufeſcens, ſubtus nigricante varius, rectricibus nigris, extimis margine interiore apice albicantibus, capite uropygioque cano. Lath. Ind. 1. p. 330.

*Turdus pilaris ſive Turdela*. Briſſ. Orn. 1. p. 217.

 *Field-*

*Fieldfare.* Will. Orn. p. 188. Penn. Britt. Zool. 1. p. 304. Arct. Zool. 2. p. 340.

*La Litorne.* Buff. Av. 3. p. 301. t. 19. f. 2.

*Suecis* Kramsfogel, Wintertraſt. *Uplandis* et *Scanis* Snöskata.

Habitat in Sylvis, maximis in arboribus nidificat, edit Baccas Juniperi, Sorbi etc. Alebatur Holmiae ab Oenopola, bibebat e vitro vinum cum hoſpitibus, capite calveſcebat; at dein per annum caveis incluſa, nec vino pota, plumas in capite recuperabat. (*)

*Roſtrum* modice convexum. *Mandibula ſuperior* vix inferiore longior, flava, apice nigro utrinque emarginato: inferior maxima parte flava. *Nares* ovatae. *Palpebrae* nudae margine luteae. *Macula* nigricans inter roſtrum et oculos. *Caput* et *Uropygii* regio cana. *Dorſum* et *tectrices* alarum fuſco-ferruginea, inferiores albae. *Remiges* 17. fuſci. *Pectus* a gula ad ſternum ſubferrugineum maculis nigris, quarum gula propiores minores oblongae, inferiores latiores. *Venter* albus maculis paucis fuſcis. *Cauda* bifurca. *Rectrices* nigrae, extima margine laterali interiore verſus apicem albicante. *Pedes* nigricantes.

204. Turdus *iliacus*, alis ſubtus ferrugineis, ſuperciliis albicantibus L. S. N. XII. T. I. p. 292. Fn. Su. 219. N. Act. R. Ac. Suec. 1785. p. 49.

T.

(*) Sic etiam Pſittacum vidi bibere obambulantem et carnes coctas in deliciis habentem, omni aeſtate praeter caput plane deplumem factum, licet de cetero bene valeret; ab hoc vero alimenti genere ſecluſus priſtinum veſtitum recuperabat.



*T. iliacus* griſeo-fuſcus, ſubtus albidus maculis fuſcis, alis ſubtus ferrugineis, ſuperciliis albicantibus. Lath. Ind. 1. p. 329.

*T. iliacus.* Briſſ. Orn. 1. p. 216.

*Redwing, Swine pipe* or *Windthruſh.* Will. Orn. p. 189.

*Redwing.* Penn. Britt. Zool. 1. p. 307. Arct. Zool. 2. p. 342.

*Le Mauvis.* Buff. Av. 3. p. 309.

*Smolandis* Klera. *Uplandis* Klädra. *Weſtmannis* Talltraſt. *Scanis* Fiällſtatt.

Habitat in ſylvis, etiam acerofis, e quarum cacumine tempore veris egregie cantillat. Nidificat in mediis arbuſculis l. ſepibus. *Ova* 6 coeruleo-viridia maculis nigris variis.

*Roſtrum* nigrum in medio mandibulae inferioris ruſo-fuſcum. *Linea* alba a roſtro ſupra oculos, recta. *Nares* ſemitectae. *Tempora* et *Pectus* ferruginea. *Caput*, *Dorſum*, *Alae*, *Cauda* fuſco-fuliginoſa, in dorſo autem ſingula penna ſtria flava notatur. *Subtus* exalbidus maculis ſubrotundis fuſcis. *Abdomen* et *Criſſum* alba. *Remiges* fuſci, apice et interiore latere obſcuriores, *ſecundarii* macula apicum ferruginea. *Alae* ſubtus ferrugineae. *Rectrices* fuſcae apice et interiore latere nonnihil obſcuriores.

205. Turdus *roſeus* ſubincarnatus, capite, alis caudaque nigris, occipite criſtato. L. S. N. XII. T. I. p. 294. Fn. Su. 219. N. Comment. Petrop. XV. p. 478. t. 23. f. 1. Lath. Ind. 1. p. 344.

*Merula roſea.* Briſſ. Orn. 1. p. 228.

*The Roſe or Carnation coloured Ouzel.* Will. Orn. p. 194. Edw. Av. 1. t. 20.

*Roſecoloured Ouzel.* Penn. Britt. Zool. 2. App. p. 627. t. 5. Arct. Zool. 2. p. 344.

La

*La Merle couleur de Roſe.* Buff. Av. 3. p. 348. t. 22.

Habitat in alpibus Lapponicis. *Adlerheim.*

*Roſtrum* pallidum, baſi inferiore nigra. *Caput, Criſta* dependens et *Collum* nigro-ſubviolacea. *Alae* totae nigrae. *Cauda* nigra vix manifeſte bifida. *Tectrices* caudae inferiores apice albae: *Corpus* pallide incarnatum (ſanguineum *Gmelin*). *Pedes* rubri. Foemina minor coloribus minus ſplendidis.

206. Turdus *Merula* ater, roſtro palpebrisque fulvis. L. S. N. XII. T. I. p. 295. Fn. Su. 220. Lath. Ind. 1. p. 340.

*Merula.* Briſſ. Orn. 1. p. 221.

*The common Blackbird.* Will. Orn. p. 190.

*Blackbird.* Penn. Britt. Zool. 1. p. 308. t. 47. Arct. Zool. 2. p. 345.

*La Merle.* Buff. Av. 3. p. 330. t. 20.

*Suecis* Traſt, Koltraſt. *Scanis* Solſwärta.

Habitat in Sylvis, Nemoribus, Juniperetis, hortis neglectis.

*Mas* nigro *Roſtro* et *Palpebrarum* marginibus luteis. *Pedes* fuſci. *Remiges* 17 nigri. *Lingua* ciliata. *Foemina* fuliginoſa roſtro ejusdem coloris, quale etiam in pullo mare.

207. Turdus *torquatus* nigricans, torque albo, roſtro flaveſcente. L. S. N. XII. T. I. p. 296. Fn. Su. 221. Lath. Ind. 1. p. 343.

*Merula torquata.* Briſſ. Orn. 1. p. 225.

*Ring Ouzel.* Will. Orn. p. 194. Penn. Britt. Zool. 1. p. 310. Arct. Zool. 2. p. 344.

*Merle à plaſtron blanc.* Buff. Av. 3. p. 340. t. 31.

*β. Tur-*



β. *Turdus nigricans* torque fuſco, roſtro flaveſcente. Fn. Su. ed. 1. 186. Lath. Ind. 1. p. 343. 56. β.

*Merula montana.* Briſſ. Orn. 1. p. 223.

*Rock Ouzel* or *Mountain Ouzel.* Will. Orn. p. 195.

Habitat in ſylvis montoſis, hortos etiam viſitans, Ceraſi fructum devaſtans.

*Roſtrum* flaveſcens apice nigro, in aliis nigrum. *Corpus* fuliginoſum marginibus pennarum ſupra fuſco-cinereis. *Torques* pectoris albus, in aliis cineraſcens, in β. mare juniore fuſco-ruſeſcens, in foemina ſaepe evaneſcens. *Remiges* primores 8 linea alba in exteriore latere. In juniore ave haec linea non ſolum in omni remige, ſed etiam in tectricibus obſervanda.

## AMPELIS.

*Roſtrum* rectum, convexum mandibula ſuperiore longiore, ſubincurvata, utrinque emarginata.

*Lingua* acuta, cartilaginea, bifida.

208. Ampelis *Garrulus* occipite criſtato, remigibus ſecundariis apice membranaceo colorato. L. S. N. XII. T. I. p. 297. Lath. Ind. 1. p. 363.

*Lanius Garrulus* remigibus ſecundariis apice membranaceo colorato, cauda integra. Fn. Su. 82.

*Bombycilla bohemica.* Briſſ. Orn. 1. p. 250.

*Bohemian Chatterer.* Will. Orn. p. 133.

*Waxen Chatterer.* Penn. Britt. Zool. 1. p. 314. t. 48.

*Le Jaſeur.* Buff. Av. 3. p. 429. t. 26.

*Suecis* Sidenſwants. *Uplandis* Snötuppa.

Habitat in ſylvis, accedit inſtante hyeme; aeſtate migrat in boreales terras ibique nidificat.

*Roſtrum*

*Roſtrum* nigrum baſi ſetis nigris. *Caput* rufo-ferrugineum, pennis verſus nucham longioribus in criſtam erigendis. *Faſcia* nigra a roſtro ſupra oculos verſus occiput. *Gula* nigra, *Collum*, *Dorſum*, *Alae* ex cinereo-rubentes. *Uropygium* cinereum. *Pectus* et *Abdomen* cinerea laeui rubedine tincta. *Remiges* nigri, horum omnes praeter 1 et 17 apice colorati, ita ut 2 — 4, 10 — 16 alba macula, 5 — 9 flaveſcente notentur, 17 dorſo concolor, *ſecundariorum* 11 — 16 appendiculo membranaceo ſcarlatino aucti. *Tectrices* alarum nigrae, ſecundariae apice albae. *Rectrices* 12 acutiuſculae, nigrae apicibus macula citrina pictae, rachi rubiginoſa. *Criſſum* ferrugineum. *Pedes* nigri.

## L O X I A.

*Roſtrum* conico-gibbum frontis baſi rotundatum verſus caput. *Mandibula* inferior margine laterali inflexa.

*Nares* in baſi roſtri.

*Lingua* integra.

209. LOXIA *curviroſtra* roſtro forficato. L. S. N. XII. T. I. p. 299. Fn. Su. 224.

*L. curviroſtra* roſtro forficato, corpore verſicolore, remigibus rectricibusque fuſcis, oris exterioribus viridi-olivaceis, cauda furcata. Lath. Ind. 1. p. 370.

*Loxia*. Briſſ. Orn. 1. p. 401.

*Shell-Apple or Croſsbill.* Will. Orn. p. 248.

*Loxia vel Curviroſtra.* Charlet. Onom. p. 68. t. 68. Exercit. p. 76. t. 77.

*The Croſsbill, Cock and Hen.* Edw. Av. 6. t. 303.

*Croſsbilled Grosbeak.* Penn. Britt. Zool. 1. p. 319. t. 49. Arct. Zool. 2. p. 347.

*Bec croiſé.* Buff. Av. 3. p. 449. t. 27. f. 2.

*Suecis*



*Suecis* Korsnäf, Kägelriſwaro. *Scanis* et *Weſtrogothis* Korsſkärare.

Habitat in ſylvis abietinis, victitans ſtrobilis abietis, ubi conos primo dejicit roſtro ab arbore liberatos, quotquot unquam valet, dein ſingulum per ſe arripit, pedibus tenet, uti Pſittacus vel Sciurus, roſtri forfice per ſingulas ſquamas frangendo Semina inveſtigat; et quod ſingulare, magnitudine et colore omnino conum Abietis refert, et ſtructura roſtri ad ſemina hujus ſola edenda creata videtur; licet et ſemina Cannabis, baccas Juniperi, Sorbi, nuces Coryli edere et Poma ſeminum gratia deſtruere queat. Mira fortitudo parvae Avis, utpote quae bacillum ligneum craſſitie digiti brevi mora levique negotio detruncat.

*Roſtrum* in aliis ad dextrum, in aliis ad ſiniſtrum forficatum. *Nares* parvae plumulis ſetoſis ferrugineis tectae. *Caput*, *Collum*, *Dorſum*, *Uropygium*, *Pectus* e cinereo et rubro cum fulvo nebuloſa; *foeminae* vero ſulphurea, ubi mas rubet. *Abdomen* albicans. *Criſſum* fuſco-maculatum. *Alae* et *Cauda* fuſco-griſeae. *Rectrices* exteriores margine exteriore in mare rubent, in foemina flaveſcunt. *Pedes* plumbei. *Unguis* poſticus exterioribus anticis major. Singulariter cauſſam formae roſtri explicavit BUFFON.

210. LOXIA *Coccothrauſtes* linea alarum alba, remigibus mediis apice rhombeis, rectricibus latere interiore baſeos nigris. L. S. N. XII. T. I. p. 299. Lath. Ind. 1. p. 371.

*L. Coccothrauſtes* linea alarum ſimplici alba, rectricibus baſi interiore albis. Fn. Su. 222.

*Stenknäck* it. Scan. p. 332.

*Coccothrauſtes.* Briſſ. Orn. 1. p. 371.

*The*

*The common Grosbeak.* Will. Orn. p. 244.

*Coccothrauſtes vulgaris.* Charlet. Onom. p. 84. t. 85. Exerc. p. 91. t. 92.

*Grosbeak or Hawfinch.* Edw. Av. 4. t. 188.

*Haw-Grosbeak.* Penn. Britt. Zool. 1. p. 316. Arct. Zool. 2. p. 354.

*Le Groſbec.* Buff. Av. 3. p. 444. t. 27. f. 1.

*Suecis* Stenknäck.

Habitat in Scania occidentali. Ceraſis inprimis noxia.

*Roſtrum* pallidum cum rubore obſoleto, conicum, magnitudine fere capitis, validiſſimum, baſi plumulis fulvis tectum. *Linea* nigra inter roſtrum et oculos. *Caput* nigro-rufeſcens. *Gula* nigra. *Collum* cinereum. *Dorſum* et *Alae* fuſcae. *Pectus* et *Abdomen* cinerea cum rubore. *Remiges* nigri, coeruleo-nitidi, *primores* latere interiore verſus baſin albi, horumque Octo apice rhombeo truncato. *Tectrices* alarum apice albae. *Rectrices* nigrae a medietate interioris lateris ad apicem albae. *Pedes* pallide ſordideque rubent.

Foeminae *Caput fuſceſcens*, caret gula nigra et coloribus minus vividis picta.

211. Loxia *Enucleator*, linea alarum duplici alba, rectricibus totis nigricantibus. L. S. N. XII. T. I. p. 299. Fn. Su. 225.

*L. Enucleator* ſordide roſeo, fuſco griſeoque varia, linea alarum duplici alba, rectricibus totis nigricantibus. Lath. Ind. 2. p. 372.

*Coccothrauſtes* it. Scan. p. 332.

*Swensk Papegoja.* Act. R. Ac. Suec. 1757. p. 139.

*Coccothrauſtes canadenſis.* Briſſ. Orn. 1. p. 378.

*Pine Grosbeak.* Penn. Britt. Zool. 1. p. 317. t. 49. Arct. Zool. 2. p. 348.

*Greateſt*



*Greateſt Bulfinch, Cock and Hen.* Edw. Av. 3. t. 123. 124.

*Le Durbec.* Buff. Av. 3. p. 457.

*Suecis* Tallbit, Swensk Papegoya. *Weſtrobothnienſibus* Kattwak. *Smolandis* Kretz.

Habitat in Weſtrobothnia, verſus hyemem usque in Scaniam haud raro deſcendens. Victitat fructibus Pini, Juniperi, Sorbi etc. quorum Semina dexterrime ſeparat et enucleat. Stolida avis laqueo baculo alligato facile capienda citoque cicuranda, egregie cantillans.

*Roſtrum* validum, ſed quam prioris multo minus, cinereum, mandibula ſuperiore longiore apice curvato. *Nares* plumulis nigris tectae. *Caput*, *Collum*, *Dorſum* et *Pectus* primo anno coccinea maculis parvis fuſcis, ſequente fulva. *Abdomen* et *Criſſum* cinerea. *Tectrices* alarum fuſceſcentes apicibus albis ſerie duplici. *Remiges* 18 nigricantes. *Rectrices* 12 nigricante margine exteriore fulveſcente. *Pedes* nigri.

212. Loxia *Pyrrhula* artubus nigris, tectricibus caudae remigumque poſticorum albis. L. S. N. XII. T. I. p. 300. Fn. Su. 225. Lath. Ind. 1. p. 387.

*Pyrrhula.* Briſſ. Orn. 1. p. 395.

*Bulfinch, Alp or Nope.* Will. Orn. p. 247.

*Bulfinch.* Penn. Britt. Zool. 1. p. 320. Arct. Zool. 2. p. 353.

*Le Bouvreuil.* Buff. Av. 4. p. 372. t. 17.

*Suecis.* Domherre.

Habitat in ſylvis. Edit avide gemmas arborum erumpentes. Facile cicuratur, et egregie edocta cantillat. Mas accipiens Araneam diu tenuit in ore, dein dedit foeminae.

Mas.

Mas. *Roſtrum* nigrum, craſſiſſimum, utrinque gibbum. *Nares* patulae ſetis parvis tectae. *Caput* atrum. *Tempora*, *Gula*, *Pectus*, *Abdomen* cinnabarina. *Collum*, *Dorſum* cinereo-coerulea. *Uropygium* et *Criſſum* alba. *Remiges* 16 nigri verſus marginem interiorem albi. *Tectrices* nigricantes, ſed 9 — 16 apice albae. *Rectrices* 12 nigrae.

Foeminae *Caput* et *Gula* nigra. *Cervix* cinerea. *Dorſum* cinereo-fuſceſcens. *Tempora*, *Iugulum*, *Pectus* cinerea cum tinctura rubri obſoleta. *Remiges* 15 nigri, ſed primus margine exteriore albeſcente, et tres intimi ſecundariorum coeruleſcentes. *Tectrices* obſcure cinereae, at exteriores nigrae apicibus albis. *Uropygium* et *Criſſum* alba. *Cauda* nigra, tectricibus etiam nigris.

Loxia *Flamengo* alba, capite, collo, pectore abdomineque roſeis. Muſ. Carlſſ. 1. t. 17. hujus varietas.

215. Loxia *Chloris* flavicanti-virens, remigibus primoribus antice luteis, rectricibus lateralibus quatuor baſi luteis. L. S. N. XII. T. I. p. 304. Fn. Su. 226. Lath. Ind. 1. p. 382.

*Chloris*. Briſſ. Orn. 1. p. 359.

*Greenfinch*. Will. Orn. p. 246.

*Green Grosbeak*. Penn. Britt. Zool. 1. p. 322. Arct. Zool. 2. p. 353.

*Le Verdier*. Buff. Av. 4. p. 171. t. 15.

*Suecis* Swenſka.

Habitat in ſepibus. Ova 6 maculis ſanguineis aſperſa. Facili negotio cicuratur. *Pennant l. cit.*

*Roſtrum* conicum. *Caput* et *Dorſum* flavo-viridia marginibus pennarum griſeis. Ambitus *roſtri* flavus. *Pectus* et *Uropygium* flava. *Abdomen* albidum. *Remi-*

ges



*ges* nigri 1 — 7. margine exteriore luteo magis verſus inferiorem pennarum partem, pone et apice omnes albicantes; *ſecundariorum* vero margines griſei. *Rectrices* nigrae, at 1. 1, 2. 2, 3. 3, a medio verſus baſin luteae, reliquo margine exteriore flaveſcente. *Pedes* fuſci, unque poſtico majore quam medio. *Foeminae* color magis obſoletus.

## EMBERIZA.

*Roſtrum* conicum.

*Mandibulae* baſi deorſum a ſe invicem diſcedentes; inferiore lateribus inflexo-coarctata: ſuperiore anguſtiore, intus parum cava.

*Tuberculum* in medio mandibulae ſuperioris intus. (*)

214. Emberiza *nivalis* remigibus albis: primoribus extrorſum nigris, rectricibus nigris: lateralibus tribus albis. L. S. N. XII. T. I. p. 308. Fn. Su. 227. t. 1. f. 227. Fabr. Fn. Groenl. 81. Lath. Ind. 1. p. 397.

*Alauda* remigibus albis etc. Act. R. Ac. Suec. 1740. p. 369. t. 1. f. 9.

*Hortulanus nivalis*. Briſſ. Orn. 1. p. 388.

*Great pied mountain Finch or Bramblin*. Will. Orn. p. 255.

*Tawny*

(*) Generis hujus Auctor b. I. Leche, qui plurimas Avium Suecicarum deſcriptiones Linnaeo obtulit, e tuberculo hocce characterem praecipue deſumſit, cui alium, ſcil. longitudinem inſignem remigis decimi ſexti vel intimi addidit. Hujus ea eſt proportio, ut repoſita ala cum remige quinto longitudine conveniat. Emberizas Suecicas utroque charactere inſtructas eſſe nullus dubito, licet de novo illas examinare non licuit, de ceteris nil pronunciare audeo. Gibbum vel tuberculum tamen obſervarunt Cel. Viri Pennant et Latham.

*Tawny Bunting*. Penn. Britt. Zool. 1. p. 327.

*Snow Bunting*. Penn. Britt. Zool. 1. p. 329. t. 15 et 50. Arct. Zool. 2. p. 355.

*Snow Bird*. Edw. Av. 3. t. 126.

*Ortolan de neige*. Buff. Av. 4. p. 329.

*Suecis* Snöſparf, Snöfogel. *Scanis* Snölärka. *Dalekarlis* Ilwädersfogel. *Uplandis* Hårdwärsfogel. *Lapponibus* Alaipg.

Habitat in alpibus Lapponicis aeſtate, deſcendit usque in Scaniam ſub rigida et nivoſa hyeme. Caro ſapidiſſima. Curſitat, nec arboribus inſidet; victitat etiam Avena.

*Magnitudo* Alaudae. *Roſtrum* nigrum, ſaepe baſi flavum. *Nares* orbiculatae, plumulis fere tectae. *Irides* fuſcae. *Pedes* nigricantes. *Ungues* nigri, poſtico lateralibus duplo longiore. *Pennae* dorſi omnes arcuato-acuminatae (*Fabricius*). *Alae* complicatae albae apice nigrae et macula parva nigra ad flexuram alae. *Remiges* 1 — 8 ad baſin albi, dein nigri, ita ut 1 dimidia parte albus ceterum niger, 2 longius albeſcat et ita albedo creſcat, ut octavus apice tantum niger, in aliis etiam 9. 9 — 15 omnino albi, 16 niger margine extimo albus. *Cauda* vix bifida, rectricibus 12, quarum 1. 1, 2. 2, 3. 3 albae macula lineari nigra ad apicem, 4. 4 nigrae margine exteriore albo, 5. 5, 6. 6 omnino nigrae. Colore praeterea differunt ſexus.

Mas. *Caput*, *Collum*, *Pectus* nivea, aeſtate tenuiſſime teſtaceo abumbrata, inprimis pectus. *Dorſum* nigrum marginibus tenuiſſime albis, aeſtate teſtaceis. *Tectrices* alarum albae.

Foemina. *Caput*, *Collum*, *Pectus* griſeo-teſtacea, *abdomen* antice pallidum poſtice album. *Dorſum* nigrum teſtaceo undulatum. *Tectrices* alarum ſuperiores ejusdem coloris, inferiores autem albae. *Remigum* primorum apices ſubferruginei.



Sic *Eques a* Linne', verum Rev. O. Fabricius hanc foeminae deſcriptionem juniori avi reddit et foeminam ita deſcribit.

Nigricat ubi mas niger ac ſordide albicat cum mixtura nigri ubi mas niveus, praeter *Pectus* et *Abdomen* alba. Tempora teſtacea. *Caput* et *Alarum* tectrices ſuperiores dorſo concolores, at harum duo ordines remigibus ſecundariis proximi apices albos habent, unde duplex alba alarum linea, reliqua ut in mare.

Var. β. Fn. Suec. Emberiza Muſtelina recentiorum, omnino eſt foemina hujus. In Scania non habitat, ſed in maritimis Scaniae campeſtris ſub nivoſa rigidaque hyeme ſaepius viſa, nec *Sjölärka*, ſed *Snölärka* dicitur.

215. Emberiza *Miliaria* griſea, ſubtus nigro-maculata, orbitis ruſis. L. S. N. XII. T. I. p. 308. Lath. Ind. 1. p. 402.

*E. Calandra* griſea, nigro-maculata. Fn. Su. 228.

*Kornlärker*. it. Scan. p. 292. t. 4.

*Cynchramus*. Briſſ. Orn. 1. p. 390.

*Bunting called by Gesner Emberiza alba*. Will. Orn. p. 267.

*Common Bunting*. Penn. Britt. Zool. 1. p. 324. Arct. Zool. 2. p. 366.

*Le Proyer*. Buff. Av. 4. p. 355.

*Suecis* Kornlärka.

Habitat in agris et cultis Scaniae.

*Roſtrum* nigrum, mandibula inferiore flaveſcente. *Nares* oblongae, ſemitectae. *Lingua* apice membranula lacera. Avis *ſupra* ex griſeo-fuſco-ferruginea maculis nigris acutis. *Collum* et *Pectus* albida ſubflavo tincta maculis

maculis nigris. *Abdomen* immaculatum. *Remiges* nigricantes, exteriore albeſcente. *Rectrices* nigro-fuſcae margine albeſcente.

216. Emberiza *Hortulana* remigibus nigris: primis tribus margine albidis, rectricibus nigris: lateralibus duabus extrorſum albis. L. S. N. XII. T. I. p. 309. Fn. Su. 229. Lath. Ind. 1. p. 399.

*Emberiza Maelbyenſis* capite colloque plumbeo-cinereis, gula albida, abdomine ferrugineo. Muſ. Carlſſ. 1. t. 21. *mas.*

*Hortulanus.* Briſſ. Orn. 1. p. 384.

*The Hortulane of the Italians.* Will. Orn. p. 270.

*Ortolan.* Penn. Arct. Zool. 2. p. 367.

*Ortolan.* Buff. Av. 4. p. 305. t. 14.

Habitat in Suecia, copioſius circa Gothoburgum, transmigrans menſe Martio.

*Roſtrum* et *Pedes* rubro-fuſci. *Vertex* viridi-cinerascens immaculatus vel maculis linearibus nigris. *Annulus* pallidus vel flavus oculos ambit. *Gula* fulva. *Pectus* cinereum cum virore. *Abdomen* teſtaceum, in aliis gilvum. *Dorſum* fuſco-ferrugineum nigro-maculatum. *Remiges* nigri, tribus vel pluribus margine albidis, 1. 2. 3. longiſſimi. *Rectrices* 12 nigricantes, duabus exterioribus utrinque introrſum albidis, extima extrorſum ſaltem in medio lineola alba.

217. Emberiza *Citrinella* rectricibus nigricantibus: extimis duabus latere interiore macula alba acuta. L. S. N. XII. T. I. p. 309. Fn. Su. 230. Lath. Ind. I. p. 400.

*Emberiza.* Briſſ. Orn. 1. p. 382.

*Yellow Hammer.* Will. Orn. p. 268.

*Yellow*



*Yellow Bunting.* Penn. Britt. Zool. 1. p. 325. t. 50. Arct. Zool. 2. p. 367.

*Le Bruant.* Buff. Av. 4. p. 340. t. 8.

*Suecis* Gröning. *Smolandis* Golſpink. *Scanis* Gulſparf.

Habitat ubique apud nos, nidificat in pratis humi. Larvas Braſſicae aufert.

*Roſtrum* obſcurum, maxilla inferiore pallidiore. *Nares* plumulis ſetoſis fere tectae. Lingua acuta, faſciculo filamentorum terminata. *Pili* nigri in occipite maris. *Frons, Genae, Gula, Abdomen, Criſſum* citrina e rachi pennarum nigro-maculata. *Capitis* reliquum cinereo-virideſcens, nigro-maculatum. *Dorſum* ferrugineum, pennis margine albido maculaque apicum nigra. *Remiges* nigri, *primores* margine exteriore luteo, *ſecundarii* griſeo. *Tectrices* fuſco-griſeae, penultimae apicibus albis. *Rectrices* nigrae, exteriore margine flaveſcente, 1. 1. 2. 2. latere interiore alba macula obliqua infra apicem.

218. Emberiza *Schoeniclus* capite nigro, corpore griſeo nigroque, rectricibus extimis macula alba cuneiformi. L. S. N. XII. T. I. p. 311. Fn. Su. 231. Lath. Ind. 2. p. 402.

*Fringilla* capite nigro, maxillis rufis, torque albo, corpore rufo-nigricante. Fn. Su. 1. ed. 211.

*Hortulanus arundinaceus.* Briſſ. Orn. 1. p. 386.

*The Reed-Sparrow.* Will. Orn. p. 269.

*Reed Bunting.* Penn. Britt. Zool. 1. p. 326. Arct. Zool. 2. p. 368.

*Ortolan de Roſeaux.* Buff. Av. 4. p. 315.

*Suecis.* Säfsparf.

Habitat in arundinetis rarius. Nidum pendulum inter quatuor arundines ad 3 pedum altitudinem ſupra aquas conficit. Ova 4 — 5 coeruleſcentia rubro venoſa. Egregie etiam nocte cantillat.

Q Prae-

Praecedente tertia parte minor. *Roſtrum* nigerrimum *naribus* rotundis fere tectis. *Caput* nigrum *faſcia* in mare alba a roſtro caput cingente. *Subtus* alba, at in medio pectore ac ſub roſtro nigra. *Nucha* cinereo-nigreſcens. *Cervix* et *Dorſum* fuſco-ferruginea, pennis apice macula cordata nigreſcente utrinque margine ferrugineo circumdata. *Abdomen* et *Criſſum* alba. *Uropygium* griſeum. *Remiges* nigri, *primores* margine exteriore teſtaceo, *ſecundarii* etiam, ſed latius et ferrugineo tincti. *Rectrices* nigrae, at 1, 1, latere exteriore et dimidio interiore, 2, 2 latere interiore verſus apicem etiam albo, 6, 6 marginibus griſeis.

Foeminae caput ferrugineum nigro-maculatum, caret faſcia alba.

## FRINGILLA.

*Roſtrum* conicum, rectum, acuminatum.

219. FRINGILLA *Lapponica*, capite nigro, corpore griſeo nigroque, ſuperciliis albis, rectricibus extimis macula alba cuneiformi. L. S. N. XII. T. I. p. 317. Fabr. Fn. Groenl. 82. Lath. Ind. 1. p. 440.

*Fr. Lapponica* capite nigricante maculato, macula ſupra oculos alba. Fn. Su. 235.

*Fr. calcarata.* Pallas it. Roſſ. 2. p. 710. t. E.

*Fr. montana.* Briſſ. Orn. 1. p. 350.

*Lapland Finch.* Penn. Arct. Zool. 2. p. 377.

*Le grand Montain.* Buff. Av. 4. p. 134.

Habitat in Lapponia.

*Roſtrum* luteum apice nigro. *Caput* tumidum, nigrum. *Linea alba* ſupra oculos orta deſcendit incurvata ad collum. *Cervix* ferruginea. *Dorſum*, *Alae*, *Cauda* fuſca lituris ferrugineis. *Pectus* albidum macula longitudinali nigra. *Remiges* fuſci margine exteriore pallido. *Tectrices*



*Tectrices* ultimae apicibus albis, his ſuperimpoſitae margine albo, unde duplex linea alarum alba. *Cauda* bifida nigra, rectricibus 1. 1. oblique dimidiato-albis apice macula cuneiformi nigra. 2. 2 macula cuneiformi alba. *Pedes* nigricantes, ungue poſtico longiore.

Foemina obſoletius colorata *vertice* fuſceſcente marginibus pennarum pallidis. *Cervix* pallida brunnea. *Supercilia*, *Gula*, *Abdomen*, *Criſſum* pallide. *Pectus* griſeum. FABRICIUS.

220. FRINGILLA *coelebs* artubus nigris, remigibus utrinque albis: tribus primis immaculatis, rectricibus duabus oblique albis. L. S. N. XII. T. I. p. 318. Fn. Su. 232. Lath. Ind. 1. p. 437.

*Fr. Sylvia* artubus, remigibus, rectricibusque nigris; duabus extimis a medio extrorſum albis. L. S. N. X. T. I. p. 180. Fn. Su. 1. ed. 200. Fn. Su. 2. ed. 232. β. t. 2. f. 232. *foem.*

*Fringilla.* Briſſ. Orn. 1. p. 347.

*The Chaffinch.* Will. Orn. p. 253. Penn. Britt. Zool. 1. p. 335. Arct. Zool. 2. p. 381.

*Le Pinçon.* Buff. Av. 4. p. 109. t. 4.

*Suecis* Boſink.

Habitat ubique per Sueciam nidificans in arbuſculis. *Foeminae* migrant per hyemes, *mares* permanent. LECHE.

Mas. *Roſtrum* plumbeum. *Caput*, *Cervix* cana fronte nigra. *Regio oculorum*, *Gula*, *Pectus*, *Latera* pallide ferrugineo-rufa. *Collum* eadem rubedine cingitur. *Dorſum* fuſco-olivaceum. *Uropygium* flavo-viride. *Criſſum* albidum. *Alae* nigrae macula triplici alba, alia ſcil. ad flexuram alae, alia in medio tectricum, tertia ſub hac in remigibus minimis. *Tectrices* alarum nigrae apicibus albis, ad baſin quoque albae. *Remiges* omnes nigricantes

tes, latere interiore praeſertim verſus baſin albi: tribus primis exceptis verſus baſin in latere exteriore alba macula notatis; *ſecundarii* etiam margine exteriore linea alba aut flaveſcente ſupra medium picti. *Rectrices* fere aequales 1. 1, 2, 2, a medio lateris interioris verſus apices albae, reliquae nigrae praeter 6. 6. cineraſcentes.

Foemina. *Roſtrum* fuſcum, *ſupra* cinereo-vireſcens, *ſubtus* albicans, *temporibus* ſubbrunneis, *pectore* ſordide rubente vel albeſcente. *Remiges* nigricantes exceptis tribus primis baſi utrinque albis et margine interiore albeſcente. *Rectrices* nigricantes, intermedio pari vireſcente, ſed extimae utrinque binae verſus apicem macula obliqua cuneiformi alba, quarum exterior major.

221. Fringilla *Montifringilla* alarum baſi ſubtus flaviſſima. L. S. N. XII. T. I. p. 318. Fn. Su. 233. t. 2. f. 233.

*Fr. Montifringilla* nigra pennis rufo-marginatis, ſubtus uropygioque alba, jugulo pectoreque rufeſcentibus; rectricibus lateralibus nigricantibus, extus albo-marginatis. Lath. Ind. 1. p. 439.

*Montifringilla.* Briſſ. Orn. 1. p. 349.

*Bramble* or *Brambling.* Will. Orn. p. 254.

*Brambling.* Penn. Britt. Zool. 1. p. 337. Arct. Zool. 2. p. 381.

*Le Pinçon d'Ardennes.* Buff. Av. 4. p. 123.

*Suecis* Norrquint.

Habitat in ſylvis aceroſis praeſertim Norrlandiae, ſub rigidiore hyeme rarius in Uplandiam deſcendens. Egregie et leniter canora avis.

*Roſtrum* baſi flavum, apice nigrum. *Nares* plumulis ſimplicibus fere tectae. *Caput, Collum, Dorſum* variegata ex pennis obſolete ferrugineis ſupra apicem faſcia



faſcia lunulata nigra. *Pectus* fulvo-ferrugineum ut et alarum baſis extus, haec vero ſubtus flaviſſima eſt. *Abdomen, Uropygium* alba. *Criſſum* obſolete ferrugineum. *Remiges* nigri latere exteriore linea citrina longitudinali, quartus et inſequentes verſus baſin exteriore latere dimidiato-albi; *ſecundarii* margine apicum luteo. *Rectrices* nigrae margine exteriore pallido, ſed extima verſus baſin inprimis alba. *Tectrices* ſuperiores proximae nigrae apicum margine teſtaceo. *Digitus* poſticus intermedio vix longior.

222. Fringilla *Lulenſis* fuſca, pectore humeriſque rufis, alis nigris macula rufa. L. S. N. XII. T. I. p. 318. Fn. Su. 234. collo corporeque ſubtus albis. Lath. Ind. 1. p. 452.

*Carduelis Suecica.* Briſſ. Orn. 1. p. 324.

*Lulean Finch.* Penn. Arct. Zool. 2. p. 380.

*Chardonneret à quatre raies.* Buff. Av. 4. p. 210.

Habitat Luloae in Weſtrobothnia.

*Magnitudo* ſequentis. *Roſtrum* fuſcum. *Gulae* macula alba. *Corpus* cinereo-nigrum ut et *Dorſum* et *Cauda*. *Pectus* rufum. *Abdomen* album. *Alarum* baſis rufa, quam macula transverſa nigra, dein rufa, iterum nigra, demum alba excipit. *Remiges* nigricantes. V. icon.

223. Fringilla *Carduelis* remigibus antrorſum luteis: extimo immaculato, rectricibus duabus extimis medio reliquisque apice albis. L. S. N. XII. T. I. p. 318. Fn. Su. 236. Lath. Ind. 1. p. 449.

*Carduelis.* Briſſ. Orn. 1. p. 320.

*Goldfinch or Thiſtle Finch.* Will. Orn. p. 256.

*Goldfinch.* Penn. Britt. Zool. 1. p. 332. Arct. Zool. 2. p. 383.

Char-

*Chardonneret.* Buff. Av. 4. p. 187. t. 10.
*Suecis* Stiglitsa.

Habitat in Sylvis et Juniperetis, ſub hyeme hortos viſitans, ut e plantis capitatis ſemina colligat. Nidificat ſaepe in hortis majoribus. Ova 5 alba purpureo-guttata altero apice.

*Roſtrum* albicans apice nigro. *Caput* juxta roſtrum ſanguineum. *Vertex* niger. *Lora* nigra. *Tempora* et *nucha* teſtaceo-alba. *Dorſum*, *Pectus*, *Uropygium* ex rufo fuſca. *Abdomen* albidum. *Alae* nigrae apicibus albis macula magna flava deflexa in medio alae. *Remiges* nigri, 1 totus niger, 2 — 10 antrorſum lutei, 11 — 13 antrorſum albi. Autumnali tempore Remiges et Rectrices albent, vere autem nigrae ſunt. *Tectrices* ultimae in mare nigrae, in foemina dorſo concolores, et macula alarum flava nec citrina. Varietatem aucupibus pretioſam memorat Pennant ſtria vel maculis 2 l. 3 albis ſub gula.

224. Fringilla *Spinus* remigibus medio luteis: primis quatuor immaculatis, rectricibus baſi flavis apice nigris. L. S. N. XII. T. I. p. 322. Fn. Su. 237. Lath. Ind. 1. p. 452.
*Ligurinus.* Briſſ. Orn. 1. p. 325.
*The Siskin.* Will. Orn. p. 261. Penn. Britt. Zool. 1. p. 340. t. 55. Arct. Zool. 2. p. 383.
*Le Tarin.* Buff. Av. 4. p. 221.
*Suecis* Siska. Grönſiska. *Scanis* Siſika.

Habitat in Juniperetis, Alnetis etc. hyeme cum Fr. Coelibe, Carduele etc. hortos viſitans. Veterem Spinum ſolo Cannabis ſemine nutritum totum fuliginoſo-nigrum vidi.

*Caput maris* nigrum, *foeminae* cinereo-vireſcens fuſco-maculatum. *Gula* albido-flaveſcens. *Corpus ſupra*



*pra* cinereo-luteum, ita ut omnis penna interius cinerea, exterius lutea macula nigricante; *ſubtus* cinereo-album, macula pennae ſingulae nigricante. *Remiges* nigri, circa baſin anterius flavi, poſterius albidi, hinc lutea macula in ala, at primi 4 remiges toti nigri. *Rectrices* luteae apicibus nigris, ſed ſingulae utrinque extimae et duae intermediae totae nigrae.

225. Fringilla *flammea*, fuſca, criſta flammea. L. S. N. XII. T. I. p. 322. Fn. Su. 238. corpore ſubtus roſeo. Lath. Ind. 1. p. 438. Lath. Syn. ed. Germ. 3. p. 253. t. 48. f. 1.
*Fr. criſtata.* Briſſ. Orn. 3. p. 349.
*Flaming Finch.* Penn. Arct. Zool. 2. p. 380.

Habitat in Norrlandia.

*Magnitudo* Cannabinae. *Roſtrum* fuſcum. *Pileus* flammeus, leviter criſtatus. *Corpus* et *Alae* ſupra fuſcae. *Pectus* roſeum. *Pedes* pallide fuſci. Pennant.

226. Fringilla *cannabina* remigibus primoribus rectricibusque nigris, utroque margine albis. L. S. N. XII. T. I. p. 322. Fn. Su. 240.
*Fr. cannabina* fuſco-caſtanea, ſubtus albo-rufeſcens, faſcia alarum longitudinali alba, macula verticis pectoreque rubris. Lath. Ind. 1. p. 458.
*Linaria rubra major.* Briſſ. Orn. 1. p. 343.
*The greateſt redheaded Linnet.* Will. Orn. p. 260.
*Redheaded Linnet.* Penn. Britt. Zool. p. 343. t. 54.
*Greater Redpol.* Penn. Arct. Zool. 2. p. 378.
*La Linotte des Vignes.* Buff. Av. 4. p. 58.
*Suecis* Hämpling. *Scanis* Iris.

Habitat in Sylvarum nemoribus.

*Roſtrum* nigrum. *Caput* cinereum vertice ſanguinolento. *Collum* cinereum, ſubtus rufeſcit ſtriis albidis undu-

undulatis. *Dorſum*, *Alae*, ex fuſco-ruſeſcentia. *Pectus* rubrum. *Latera* flaveſcentia. *Abdomen* album. *Remiges* nigri: *primores* 2 — 9 utroque margine albi; *ſecundarii* vero anteriore margine fuſco, apicibus albidis. *Cauda* bifurca. *Rectrices* nigrae utroque margine albae, exceptis 6. 6. margine fuſcis.

Foemina caret rubro verticis ac pectoris colore, et ejus loco in pectore ſordide flaveſcit ſtriis nigricantibus. *Scapulae*, quae in mare ruſeſcunt, in illa cineraſcunt.

227. FRINGILLA *Linaria* remigibus rectricibusque fuſcis margine obſolete pallido, litura alarum pallida. L. S. N. XII. T. I. p. 322. Fn. Su. 241.

*Fr. Linaria* fuſco griſeoque varia, ſubtus albo-ruſeſcens, faſcia alarum duplici albida, vertice pectoreque rubris. Lath. Ind. 1. p. 458.

*Fr. flaviroſtris.* Fn. Su. 239.

*Linaria rubra minor.* Briſſ. Orn. 1. p. 344.

*The leſſer redheaded Linnet.* Will. Orn. p. 260. Penn. Britt. Zool. 1. p. 344. t. 54.

*Leſſer Redpole.* Arct. Zool. 1. p. 379.

*Le Sizerin.* Buff. Av. 4. p. 216.

*Suecis* Gråſiska, Iris. *Aboenſibus* Winterhämpling.

Habitat in Alnetis. Hyeme gregaria ſeminibus Alni inprimis delectatur. Ova 4 coeruleſcentia altero fine purpureo irrorata.

Minor praecedente. *Roſtrum* baſi flaveſcens verſus apicem nigricans. *Frons* purpurea. *Avis ſupra* fuſceſcens apicibus pennarum ferrugineis. *Pectus* rubrum; in aliis hic deſideratur color. PENNANT. *Abdomen* album. *Latera* vel flavida vel cinerea ſtrigis fuſcis. *Remiges* fuſci utrinque ſordide albo-marginati. *Tectrices* fuſcae albo-marginatae, et hinc duae lineae alarum albae,



albae. *Uropygium* rubrum. *Cauda* bifida, rectricibus acutiuſculis fuſcis utroque margine pallidis. *Foeminae* macula verticis crocea et rubor pectoris quandoque in maribus deeſt. PENNANT. *Fringilla flaviroſtris* Linnei non niſi hujus foemina ſecundum iconem Rudbeckianam deſcripta, ut me certiorem fecit Cel. D. *Aſſeſſ.* LINDROTH, qui ſimul copiam iconis ex opere Rudbeckiano depictae benigne dedit. Aliam hujus varietatem communicavit *Com.* H. G. WACHTMEISTER *Roſtro* flavo, *Fronte* alba, *Vertice Pectoreque* ſanguineis, *corpore* albo, *Rectricibus* intermediis griſeis et *Remigibus* primoribus etiam griſeis, *Uropygio* albo-ruſeſcente, qui aviculam vivam coluit. *V. icon.*

228. FRINGILLA *domeſtica* remigibus rectricibusque fuſcis, corpore griſeo nigroque, faſcia alarum alba ſolitaria. L. S. N. XII. T. I. p. 323. Fn. Su. 242. Lath. Ind. 1. p. 432.

*Paſſer domeſticus.* Briſſ. Orn. 1. p. 327.

*The Houſe Sparrow.* Will. Orn. p. 249.

*Sparrow.* Penn. Britt. Zool. 1. p. 338. t. 51. Arct. Zool. 2. p. 382.

*Moineau.* Buff. Av. 3. p. 474. t. 29. f. 1.

*Suecis* Tätting, Sparf, Gråſparf. *Smolandis* Hampſpink, Gråſpink. *Scanis* Sperf, *ruſticis* Spörr.

Habitat ubique ad domos.

*Roſtrum* nigricans. *Caput* ſupra griſeum. *Tempora* ad nucham usque ſpadicea. Sub oculis macula nigra. *Genae* albidae. *Gula* nigra, etiam initium juguli, ubi ſingula penna nigra margine apicis albo. *Abdomen* ſordide vel cineraſcenti-albidum. *Supra* ex ſpadiceo et nigro maculata. *Remiges* nigricantes margine lateris exterioris ferrugineo. *Rectrices* nigricantes marginibus pallidioribus.

Foemi-

Foeminae *Mandibula* inferior albeſcens, *Gula* pallide cinerea, *Linea* alba juxta oculos.

229. Fringilla *montana* remigibus rectricibusque fuſcis, corpore griſeo nigroque, alarum faſcia alba gemina. L. S. N. XII. T. I. p. 324. Fn. Su. 245. Lath. Ind. 1. p. 434.

*Paſſer montanus*, Briſſ. Orn. 1. p. 328.

*The mountain Sparrow*. Will. Orn. p. 252. Edw. Av. 5. t. 269.

*Tree-Sparrow*. Penn. Britt. Zool. 1. p. 339. t. 52. Arct. Zool. 2. p. 373.

*Le Friquet*. Buff. Av. 3. p. 489. t. 29. f. 2.

*Suecis* Skogsſparf.

*Roſtrum* nigrum. *Caput* et *Cervix* ſpadicea. Iuxta aures *macula* nigra. *Cervicis* faſcia alba. In aliis colli latera alba, quae albedo verſus nucham diſtenditur, at in ipſa nucha nulla albedo. Macula nigra ſub oculis. *Gula* nigra. *Dorſum* griſeo-fuſcoque varium. *Uropygium* fuſco-olivaceum. *Pectus* et *Abdomen* albida. *Remiges* fuſci teſtaceo-marginati. *Tectrices* alarum duplici ordine remigibus concolores apicibus albidis maxima parte. *Rectrices* caudae integrae fuſcae. *Pedes* pallidi.

## MUSCICAPA.

*Roſtrum* ſubtrigonum, utrinque emarginatum apice incurvo. *Vibriſſae* patentes verſus fauces.

*Nares* ſubrotundae.

230. Muscicapa *Atricapilla* nigra, ſubtus, frontisque macula alarumque ſpeculo albis, rectricibus lateralibus extus albis. L. S. N. XII. T. I. p. 326. N. Act. R. Ac. Suec. 1783. p. 51. Lath. Ind. 1. p. 467.

*Mota-*



*Motacilla* remigibus nigricantibus, extimo dimidiato extrorſum albo; macula alarum alba. Fn. Su. 1. ed. 230. t. 1. f. 229. et 2. ed. t. 1. f. 256. mas, *non autem nomen vel deſcr.*

*Motacilla leucomela* nigra, ſubtus, macula alarum lineaque transverſa pone roſtrum albis. *Müll.* Prodr. Zool. Dan. 268. *Strom* Act. Nidroſ. 5. p. 543. t. 8. f. 2.

*Rubetra anglica*. Briſſ. Orn. 1. p. 271.

*Coldfinch* et *Beccafigo*. Will. Orn. p. 252.

*Pied Flycatcher*. Penn. Britt. Zool. 1. p. 351. Arct. Zool. 2. p. 391.

*Le Traquet d'Angleterre*. Buff. Av. 5. p. 222.

Habitat in Sylvis rarius. Victus Gemmae arborum.

Mas. *Roſtrum* nigrum baſi latiuſculum et fere triangulare. *Frons* macula alba, in aliis parva, in aliis major ut faſciam fere referat. *Supra* tota nigra, in aliis dorſum cineraſcens, in aliis fuſceſcens; *ſubtus* alba. *Macula* alarum alba. *Rectrices* nigrae 1. 1. latere exteriore toto et parte interioris albae. 2. 2. latere exteriore fere toto albae, reliquae nigrae. Variat tamen teſte Tengmalm ita, ut 6. 6. ſolum totae ſint nigrae, reliquae margine exteriore albo.

Foemina fuſca, ubi mas niger, deſtituitur macula alba frontis, et alarum macula alba minor. Leche.

*Frons* ſordide alba. *Caput*, *Collum*, *Dorſum* viridicinerea. *Subtus* color albus cum aliqua fuſci mixtura. *Remiges* fuſci, tres ultimi margine interiore et apice albi, ultimus etiam margine ſuperiore. *Rectrices* fuſcae. Tengmalm.

231. Muscicapa *Griſola* ſubfuſca, ſubtus albicans, collo longitudinaliter maculato, criſſo ruſeſcente. L. S. N. XII. T. I. p. 328. N. Act. R. Ac. Suec. 1783. p. 52.

*Mota-*

*Motacilla Ficedula*, Fn. Su. 251. *non autem Syſt. Nat.*

*Muſcicapa*. Briſſ. Orn. 1. p. 257.

*A ſmall Bird — like the Stopparola of Aldrovand.* Will. Orn. p. 217.

*Spotted Flycatcher.* Penn. Britt. Zool. 1. p. 350.

*Gobemouche.* Buff. Av. 4. p. 517. t. 25. f. 2.

Habitat in hortis et cultis.

*Roſtrum* nigrum baſi ſupra latiuſculum ac nonnihil planum, inter nares dorſatum. *Caput* griſeum maculis oblongis fuſcis. *Supra* griſea tota. *Gula*, *Collum* ſubtus et *Pectus* albida, maculis longitudinalibus dilute griſeis. *Abdomen* album. *Alae* ſubtus albae, laeviſſime ruſeſcentes. *Tempora* junioris avis ruſeſcunt. *Mas* a *foemina* differt fronte et abdomine obſcuriore. Tengmalm.

Omnino haec eſt *Motacilla Ficedula*. Fn. Suec. utriusque editionis.

## MOTACILLA.

*Roſtrum* ſubulatum rectum mandibulis ſubaequalibus.

*Nares* obovatae.

*Lingua* lacero-emarginata.

232. Motacilla *Luſcinia* ruſo-cinerea, armillis cinereis. L. S. N. XII. T. I. p. 328. Fn. Su. 244.

*Sylvia Luſcinia* ruſo-cinerea, ſubtus cinereo-alba, rectricibus fuſco-rufis, armillis cinereis. Lath. Ind. 1. p. 506.

*Luſcinia*. Briſſ. Orn. 1. p. 420.

*Nightingale*. Will. Orn. p. 220. Penn. Britt. Zool. 1. p. 365. Arct. Zool. p. 416.

*Roſſignol*. Buff. Av. 5. p. 81. t. 6. f. 1.

*Suecis* Näcktergal.

Habi-



Habitat in nemoribus Ölandiae, Gottlandiae, Scaniae, Swartſjölandet, Fulleröon, Upſaliae, Sigtunae et alibi. Modus capiendi *it. Scan.* 389.

*Roſtrum* ſupra fuſceſcens, ſubtus pallidius. *Corpus* ſupra teſtaceo-fuſcum, qui color magis ruſeſcit in remigibus, et adhuc magis in uropygio et rectricibus. *Gula*, *Pectus*, *Abdomen* cinerea. *Criſſum* albidum. *Femora* albida ſtriata transverſim. *Genua* quaſi annulis cinereis cincta.

233. Motacilla *modularis* ſupra griſeo-fuſca, tectricibus alarum apice albis, pectore coeruleſcente-cinereo. L. S. N. XII. T. I. p. 329. Fn. Su. 245. Lath. Ind. 1. p. 511. (*Sylvia modularis.*)

*Curruca ſepiaria*. Briſſ. Orn. 1. p. 420.

*Hedge Sparrow*. Will. Orn. p. 215. Penn. Britt. Zool. 1. p. 376. Arct. Zool. 2. p. 418.

*Traine Buiſſon*, *Mouchet*, *Fauvette d'hyver*. Buff. Av. 5. p. 151. t. 9.

*Suecis* Järnſparf.

*Caput* et *Collum* griſeo-fuſca maculis nigricantibus acutis, minoribus et confertioribus, at in *Dorſo* cinnamomeo majoribus et magis diſcretis. *Tempora* ruſeſcentia. Supra *oculos* et pone *aures*, in *gula* et *pectore* color cinereo-coeruleſcens. *Latera* et *Femora* pallide ferruginea maculis acutis fuſcis. *Remiges* nigricantes margine exteriore cinnamomeo. *Tectrices* proximae apicibus albidis. *Rectrices* nigrae marginibus ferrugineis. *Uropygium* griſeo-fuſcum. *Criſſum* album maculis acutis fuſcis. *Pedes* ſubfuſci.

234. Motacilla *Schoenobaenus* teſtaceo-fuſca, ſubtus pallide teſtacea, capite maculato. L. S. N. XII. T. I. p. 329. Fn. Su. 246. N. Act. R. Ac. Suec. 1783. p. 54.

*Sylvia*

*Sylvia Schoenobaenus* teſtaceo-fuſca ſubtus pallide teſtacea, capite maculato, remigibus extus ruſo-marginatis. Lath. Ind. 1, p. 510.

*Curruca ſylveſtris l. Luſciniola.* Briſſ. Orn. 1. p. 419.

*Bogruſh Warbler.* Penn. Arct. Zool. 2. p. 419.

*Rouſſette ou Fauvette des Bois.* Buff. Av. 5. p. 139.

*Suecis* Säſſtigare.

Habitat inter Scirpos Scaniae Lechе. Uplandiae Tengmalm.

Priore multo minor, ad ſemunciae pondus non aſcendit. *Roſtrum* anguſtum, acutiſſimum, ſupra fuſcum ſubtus pallidum. Internum *Oris* cum *Lingua* et ſinubus luteá. Linguae hamuli macula nigra. *Irides* caſtaneae. *Caput*, *Dorſum* et *Uropygium* pallide ſpadicea, maculis nigris in capite dorſoque, inprimis in capite. *Supercilia* ferrugineo-flava a roſtro ad nucham ducta. Ejusdem coloris ſunt *Gula*, *Pectus*, *Abdomen*, *Femora*, *Criſſum*. *Remiges* fuſci marginibus ferrugineis, etiam *Tectrices*. *Cauda* rotundata, unicolor fuſca. *Pedes* lividi.

235. Motacilla *Curruca* ſupra fuſca ſubtus albida, rectricibus fuſcis: extima margine tenuiore alba. L. S. N. XII. T. I. p. 329. Fn. Su. 247. Lath. Ind. 1. p. 509. (*Sylvia.*)

*Curruca garrula.* Briſſ. Orn. 1. p. 417.

*Kruka.* Penn. Arct. Zool. 2. p. 422.

*Fauvette babillarde.* Buff. Av. 5. p. 135.

*Suecis* Kruka, Artfogel.

Habitat in Hortis inter Piſa, forte et in agris. Ora cinerea maculis ferrugineis.

*Caput* et *Dorſum* cinereo-griſea; *ſubtus* albida parum ruſeſcens. Macula *temporum* obſcurior. *Remiges* fuſci margine tenuiore albeſcentes. *Cauda* integra. *Rectrices* fuſcae,



fuſcae, ſed extima utrinque margine exteriore longitudinaliter alba.

236. Motacilla *Hippolais* cinereo-fuſca ſubtus alba, palpebris margine albis, artubus fuſcis. Tengmalm N. Act. R. Ac. Suec. 1783. p. 53.

*Motacilla Salicaria* cinerea ſubtus alba, ſuperciliis albis. L. S. N. XII. T. I. p. 330. Fn. Su. 249. Lath. Ind. 1. p. 516. (*Sylvia Salicaria*).

*Curruca.* Briſſ. Orn. 1. p. 414?

Habitat in Sylvis.

Adeo confuſa hujus et ſequentis Synonymia, ut eam extricare non valeam. *Cl.* Tengmalm ita noſtram deſcribit.

*Superne* griſeo-fuſca leviſſime ad olivaceum inclinans, *ſubtus* alba cum aliqua fuſceſcentis mixtura in pectore et gula. *Abdomen* album. *Alae* ſupra fuſcae, ſubtus albae. *Tectrices* inferiores leviter flaveſcentes. *Cauda* ſupra fuſco-griſea, ſubtus alba. *Palpebrae* margine albae.

237. Motacilla *Salicaria* vireſcenti-cinerea, pectore flavo, abdomine albo, ſuperciliis pallide flavis. *Tengmalm.* N. Act. R. Ac. Suec. 1783. p. 53.

*M. Hippolais* vireſcenti-cinerea, ſubtus flaveſcens, abdomine albido, artubus fuſcis, ſuperciliis albidis. L. S. N. XII. T. I. p. 330. Fn. Su. 248. Lath. Ind. 1. p. 507. (*Sylvia Hippolais*).

*Curruca arundinacea.* Briſſ. Orn. 1. p. 415.

*Beccafigo or Figeater.* Will. Orn. p. 216.

*Pettychaps.* Penn. Britt. Zool. 1. p. 376.

*Fauvette des roſeaux.* Buff. Av. 5. p. 142.

Habitat in Salicetis et Arundinetis? noctu cantillans.

*Corpus*

*Corpus* ſupra cinereum, vix vireſcens. *Abdomen* exalbidum. *Pectus* et *Tectrices* alarum inferiores flaveſcentes. *Remiges* fuſci margine poſtico exalbido. *Rectrices* remigibus concolores. *Linea* albida ſupra oculos. Linné.

*Os* intus rubrum. *Caput*, *Collum*, *Dorſum*, *Alae* cinereo-olivacea. *Remiges* obſcuriores olivaceo-marginati. *Tectrices* interiores flavae. *Pectus* album flavedine tinctum. *Abdomen* argenteum. *Cauda* fuſca. *Pedes* coeruleſcentes. Pennant. An eadem Avis?

238. Motacilla *Sylvia* ſupra cinerea, ſubtus alba, rectrice prima longitudinaliter dimidiato-alba, ſecunda apice alba. L. S. N. XII. T. I. p. 330. Fn. Su. 250.

*Sylvia cinerea*, Lath. Ind. 2. p. 514. *β*.

*Curruca cinerea* ſive *Cineraria*. Briſſ. Orn. 1. p. 415.

*Whitethroat*. Will. Orn. p. 236. Penn. Britt. Zool. 1. p. 387. Arct. Zool. 2. p. 422.

*Fauvette griſe ou Griſette*. Buff. Av. 5. p. 132.

*Suecis* Artfogel, Skogsknetter, Meſar.

Habitat in ſylvis et nemoribus, nec non in hortis inter Piſa frequens.

Similis Currucae, a qua differt magnitudine dupla, *capite* cinereo, *dorſo* griſeo ac ferrugineo, *remigibus* margine exteriore ferrugineis. Macula temporum in hac deeſt.

239. Motacilla *alba* pectore nigro, rectricibus duabus lateralibus dimidiato-oblique albis. L. S. N. XII. T. I. p. 331. Fn. Su. 252. Lath. Ind. 1. p. 501.

*Motacilla*. Briſſ. Orn. 1. p. 437.

*White Wagtail*. Will. Orn. p. 237. Penn. Britt. Zool. 1. p. 361. t. 55. Arct. Zool. 2. p. 396.

*Lavandiere*. Buff. Av. 5. p. 251. t. 14. f. 1.

*Suecis*



*Suecis* Ärla, Sädesärla. *Sudermannis* Iſſpjerna. *Oſtrobothnienſibus*; Wäſtrickia. *Smolandis* Wippſtjert. *Scanis* Quickſtjert, Gaterennare.

Habitat ubique. Ova 6 alba maculis parvis griſeis.

*Roſtrum* tenue, nigrum, maxillis ſubaequalibus, ſuperiore utrinque emarginata, verſus apicem inter nares angulata. *Nares* oblongae nudae. *Lingua* ſagittata, membranacea, apice plurimis ſetulis lacera. *Caput* nigrum a vertice ad nucham. *Frons*, *Latera capitis*, *Gula* alba. *Iugulum* nigrum. *Dorſum* canum. *Pectus* et *Abdomen* albida cum cinerei mixtura. *Alae* fuſcae. *Remiges* 1 — 5 longiores integri; 6 — 14 fere aequales, obtuſi, emarginati, 15 his longior et 16 margine anteriore albi. *Rectrices* aequales fuſcae, 1. 1, 2. 2, dimidiato-albae oblique verſus apicem, 6. 6. anguſtiores, acutiores ceteris, et in quibusdam ſpeciminibus margine exteriore longitudinaliter albo, reliquae fuſcae unicolores. *Tibiae* et *Pedes* nigri, ungue poſtico maximo.

240. Motacilla *flava* pectore abdomineque flavo, rectricibus duabus lateralibus dimidiato-oblique albis. L. S. N. XII. T. I. p. 331. Fn. Su. 253. Lath. Ind. 1. p. 504.

*Motacilla verna*. Briſſ. Orn. 1. p. 438.

*Yellow Water Wagtail*. Will. Orn. p. 238. Edw. Av. 5. t. 258.

*Yellow Wagtail*. Penn. Britt. Zool. 1. p. 362. t. 55. Arct. Zool. 2. p. 396.

*Bergeronnette du Printems*. Buff. Av. 5. p. 265.

*Suecis* Gulärla. *Sudermannis* Sädesärla, Bäckärla.

Habitat paſſim in ſepibus, paſcuis. Nidificat inter ſegetes. Ova 5 maculis et lineolis fuſcis.

*Roſtrum* ſubulatum nigrum, pone apicem obſolete utrinque emarginatum. *Lingua* in 4 l. 5 ſetas diviſa, acu-

R

acuminata. *Caput* ſupra canum cum viridis mixtura. *Linea* a roſtro per oculos albida, ſupra oculos linea fuſca, et alia ſub oculis. *Gula* flava maculis nigris. *Jugulum*, *Pectus*, *Abdomen*, *Femora*, *Criſſum* lutea. *Dorſum* olivaceum. *Uropygium* magis flaveſcens. *Alae* fuſcae. *Remiges* 1 — 5 longiores, acutiores, ſenſim breviores, 6 — 14 breviores, aequales, obtuſi, emarginati, 15 ſimilis magnitudine et figura quinto, ſed 16 in ala complicata longitudine primi margine anteriore albo. *Rectrices* aequales fuſco-nigricantes, 1. 1, 2. 2, dimidiato-oblique albae, 3. 3, vix apice antrorſum albicat, reliquae immaculatae. *Pedes* fuſci, ungue poſtico reliquis duplo longiore.

Foemina caret maculis ſub gula. *Caput* obſcure cinereo-fuſcum.

241. Motacilla *Boarula* ſupra cinerea ſubtus flava, rectrice prima tota, ſecunda latere interiore alba. Linn. Mant. Plant. alt. p. 527. Lath. Ind. 1. p. 502.

*M. flava*. Fn. Su. 253. β. Briſſ. Orn. 1. p. 459.

*Grey Wagtail*. Will. Orn. p. 238. Penn. Britt. Zool. 1. p. 365.

*Grey Water Wagtail*. Edw. Av. 5. t. 259.

*Bergeronnette jaune*. Buff. Av. 5. p. 263.

Habitat paſſim in Suecia. Sequitur Boves aeſtate tota die, colligens Conopſides irritantes et calcitrantes. Fablunae in agris, dum hordeum ſeritur, gregaria eſt.

*Area oculorum* cinerea, linea alba ſupra et infra. *Gula* maris nigra. *Caput* ſupra, *Cervix* et *Dorſum* cinerea, *Uropygium* luteum. *Subtus* tota flava. *Remiges* fuſceſcentes, intimi flavo-marginati. *Cauda* longior quam in reliquis, rectrice 1. 1, tota alba, 2. 2, latere interiore et apice, 3. 3, diſco alba, reliquis nigris.

242.



242. Motacilla *Oenanthe*, dorſo cano, fronte alba, oculorum faſcia nigra. L. S. N. XII. T. I. p. 332. Fn. Su. 254.

*Sylvia Oenanthe* dorſo cano, fronte, linea ſupra oculos, uropygio baſique caudae albis, per oculos faſcia nigra. Lath. Ind. 1. p. 529.

*Vitiflora*. Briſſ. Orn. 1. p. 434.

*Fallow Smich*, *Wheat Ear*, *Whitetail*. Will. Orn. p. 233.

*Wheat Ear*. Penn. Britt. Zool. 1. p. 383. Arct. Zool. 2. p. 420.

*Culblanc*, *Vitrec*, *Motteux*. Buff. Av. 5. p. 237.

*Suecis* Stensquätta.

β. *Motacilla* pectore abdomineque pallido, rectricibus introrſum albis, dorſo undulato. Fn. Su. 1. ed. 219.

*Vitiflora griſea*. Briſſ. Orn. 1. p. 434.

*Grey Wheat Ear*. Penn. Britt. Zool. 2. append.

*Culblanc gris*. Buff. Av. 5. p. 244.

Habitat per totam Sueciam. Ova 6 coeruleſcentia punctis fuſcis raris.

*Roſtrum* nigrum inter nares angulatum. *Caput* canum. *Os*, *Vibriſſae*, *Faux* nigra. *Linea* lata nigra a roſtro per oculos ad aures. *Macula* alba ſupra oculos in mare. *Frons* alba. *Dorſum* canum verſus uropygium vireſcens. *Gula* et *Collum* ſubtus alba, leviſſime flaveſcentia. *Abdomen*, *Criſſum*, *Uropygium* alba. *Remiges* omnes fuſci immaculati. *Rectrices* nigricantes baſi albae, ita, ut intermedium par ad duas tertias ſit nigrum, reliquae ad unam tertiam partem tantum. *Pedes* nigri.

*Varietas* viſa alis nigris, remigibus ſecundariis apice albo.

β. *Caput* et *Collum* cinerea, maculis parvis pallidis adſperſa. *Dorſum* cinereo-griſeum nigro-undulatum. *Pectus*

*ctus* et *Abdomen* pallida. *Alae* clauſae ferrugineae maxima ex parte. *Remiges primores* nigri apicibus obſolete ferrugineis, *ſecundarii* margine anteriore et apice ferruginei. *Rectrices* a medio apicem verſus nigrae, ipſis apicibus obſolete ferrugineis, medium par magis nigrum quam album. *Pedes* nigri. Sine dubio junior tantum avis.

243. MOTACILLA *Rubetra* nigricans, ſuperciliis albis, macula alarum alba, gula pectoreque flaveſcente. L. S. N. XII. T. I. p. 332. Fn. Su. 255. Lath. Ind. 1. p. 525. (*Sylvia Rubetra.*)

*Rubetra major ſive Rubicola.* Briſſ. Orn. 1. p. 450.

*Whinchat.* Will. Orn. p. 234. Penn. Britt. Zool. 1. p. 385. Arct. Zool. 2. p. 421.

*Grand Traquet ou Tarier.* Buff. Av. 5. p. 224.

*Suecis* Buskſquätta.

Habitat in confiniis ſylvarum lapidoſis, ericetis etc.

*Roſtrum* nigrum. *Caput* et *Dorſum* ruſo-fuſca macula ſingulae pennae oblonga nigra. A roſtro ad nucham linea ſupra oculos alba, ſub qua latior nigra. *Gula* alba. *Jugulum* et *Pectus* dilute flavo-ferruginea. *Abdomen* albidum. In alis macula duplex alba extrorſum nigra. *Remiges* 17 fuſci, 1 — 8 margine poſtico et baſi albi. *Rectrices* nigricantes, a medio verſus baſin albae, exceptis duabus intermediis et 1. 1, exteriore margine fere uſque ad apicem albis. Magnitudo Fringillae domeſticae.

Foemina *capite* et *dorſo* dilutiore colore, et in *alis* minus albo differt. Caret etiam albo nigroque in lateribus capitis colore, cujus loco pallide fuſco-maculata. PENNANT.

244. MOTACILLA *Atricapilla* teſtacea, ſubtus cinerea, capite obſcuro. L. S. N. XII. T. I. p. 332. Fn. Su. 256. N. Act. R. Ac. Suec. 1783. p. 54. Lath. Ind. 1. p. 508. (*Sylvia Atricapilla*).

Cur-



*Curruca atricapilla.* Briſſ. Orn. 1. p. 416.

*Black Cap.* Will. Orn. p. 226. Penn. Britt. Zool. 1. p. 374. Arct. Zool. 2. p. 418.

*Fauvette à tete noir.* Buff. Av. 5. p. 125. t. 8. f. 1.

*Suecis* Swarthätta.

Habitat in Sylvis paſſim.

Mas. *Pileus* ſplendide niger. *Collum* ſupra et lateribus cinereum. *Tempora*, *Gula* et *Jugulum* dilute cinerea. *Abdomen* album cinereo vix obnebulatum, magis tamen ad latera. *Dorſum*, *Alae*, *Cauda* griſeo-olivacea.

Foemina. *Pileus* luteo-ferrugineus. *Collum* ſupra et lateribus cinerea cum mixtura luteo-vireſcentis. *Gula*, *Jugulum*, *Pectus* cinerea luteo mixta. Cetera ut in mare. TENGMALM.

Suſpicor fig. 256 foem. in Tab. I. Faunae Suec. ad hanc pertinere.

245. MOTACILLA *Phoenicurus* gula nigra, abdomine caudaque rufis, capite dorſoque cano. L. S. N. XII. T. I. p. 335. Fn. Su. 257. fronte alba. Lath. Ind. 1. p. 511. (*Sylvia Phoenicurus*).

*Ruticilla.* Briſſ. Orn. 1. p. 422.

*Redſtart.* Will. Orn. p. 218. Penn. Britt. Zool. 1. p. 371 Arct. Zool. 2. p. 416.

*Le Roſſignol de muraille.* Buff. Av. 5. p. 170. t. 6. f. 2.

*Suecis* Rödſjert.

Habitat in arboribus frondiferis, nidificans in cavis arborum et parietum. Ova 4. 5. coeruleſcenti-viridia. Hyeme in Scania viſa.

*Roſtrum* nigrum ſupra nares angulatum. *Capiſtrum* nigrum. *Frons* alba. *Vertex*, *Cervix*, *Dorſum* cana. *Gula*, *Tempora* nigra. *Pectus*, *Abdominis* anterior pars et *Cauda* praeter medium rectricum par, quod nigreſcens, rufa.

rufa. *Criſſum* pallidius. *Alae* fuſcae marginibus pennarum pallidis.

Foemina obſcure cineraſcens in *Capite* et *Dorſo*, ex fuſceſcenti-rufeſcens in *jugulo* et *pectore*. *Gula*, *Abdomen* et *Criſſum* albida. *Cauda* ſordido rufeſcens.

246. Motacilla *Tithys* cinerea, remigibus nigricantibus, rectricibus rufis: intermedio pare nigricante extrorſum rufeſcente. Fn. Su. 1. ed. 227.

*Sylvia Tithys*. Scopoli Ann. Hiſt. Nat. 1. n. 233. Lath. Ind. 1. p. 512.

Habitat in ſylvis frondoſis.

*Caput*, *Collum*, *Dorſum* ſupra cinerea, etiam *Gula*. *Pectus* ad latera ſubluteum, minime rufum. *Abdomen* albicans. *Remiges* nigricantes. *Rectrices* aequales ferrugineo-rufae excepto pare intermedio nigricante latere exteriore rufo. *Pedes* et *Roſtrum* nigra. Linne'.

Mas *ſupra* cineraſcens, que *gula* *pectore* nigris, *abdomine* inter femora albido, alibi albo nigroque vario. Foemina *tota* fuſco-cinerea, uterque rectricibus cum ani regione rubris. Scopoli.

Obſ. Equ. Linn in 2 ed. Faunae Suec. excluſit, in Syſt. Nat. pro foemina Ruticillae habuit. Scopoli ſpeciem reſuſcitavit, quem ſequitur Latham. Bechstein ad Erithacum reducit.

247. Motacilla *Erithacus* dorſo remigibusque cinereis, abdomine rectricibusque rufis, extimis duabus cinereis. L. S. N. XII. T. I. p. 335. Fn. Su. 258. Lath. Ind. 1. p. 513. (*Sylvia Erithacus*).

*Phoenicurus*. Briſſ. Orn. 1. p. 424.

*The Rothſchwenzel of Gesner*. Will. Orn. p. 218.

*Grey Redſtart*. Penn. Arct. Zool. 2. p. 417.

*La Rouge queue*. Buff. Av. 5. p. 180.

*Sueeis*



*Sueeis* Rödbuk.

Habitat in pratorum arboribus, hortis etc. Ova 9 viridi-coerulea.

*Caput* ſupra canum. *Dorſum*, *Alae*, *Remiges* cinerea. *Subtus* tota, uti etiam *cauda* rufa ſeu ferruginea. *Rectrices* 2 intermediae cinereae margine medio exteriore parum rufeſcente. *Pedes* nigri. Macula nulla ſub gula aut in ſincipite, nec ſupercilia alba.

248. Motacilla *Suecica*, pectore ferrugineo faſcia coerulea, rectricibus fuſcis verſus baſin ferrugineis. L. S. N. XII. T. I. p. 336. Fn. Su. 259. Lath. Ind. 1. p. 521. (*Sylvia ſuecica*).

*Cyanecula*. Briſſ. Orn. 1. p. 425. *Gibraltarienſis* ibid. 426.

*The bird called Wegſlecklin*. Will. Orn. p. 219.

*Blue Throat*. Penn. Arct. Zool. 2. p. 417.

*Blue Throat Redſtart*. Edw. Av. 1. t. 28. *foem*.

*Gorge bleue*. Buff. Av. 5. p. 206. t. 12.

Habitat in Lapponia, Weſtrobothnia, rarius in ceteris provinciis, etiam in Scania viſa.

*Magnitudo* Fringillae Spini. *Caput*, *Dorſum*, *Cauda* griſea. *Linea* alba ſupra oculos. *Pectus* fulvo-teſtaceum faſcia in medio pectoris coerulea, ſaepius albo-maculata. *Abdomen* albidum. *Criſſum* luteſcens. *Remiges* fuſci apice minimo albo. *Rectrices* fuſcae apice ſubteſtaceae, a baſi ad medium ferrugineae, intermediae totae fuſcae.

Foemina mari ſimilis ſed dilutior, inſuper macula non ad canthum oculi, ſed loco ſuperciliorum oblonga. A gula ad ſternum cinerea, ſed in hujus medio macula alba, infra hanc ad ſternum velut fuſco-cinereo-nebuloſa. Linne.

249.

249. Motacilla *Rubecula* griſea, gula pectoreque ferrugineis. L. S. N. XII. T. I. p. 337. Fn. Su. 260. Lath. Ind. 1. p. 520. (*Sylvia Rubecula*).

*Rubecula.* Briſſ. Orn. 1. p. 427.

*Robin Redbreaſt or Ruddock.* Will. Orn. p. 219.

*Redbreaſt*, Penn. Britt. Zool. 1. p. 372. Arct. Zool. 2. p. 417.

*Le Rouge-gorge.* Buff. Av. 5. p. 196. t. 11.

*Suecis* Rotgel. *Scanis* Rödbröſta.

Habitat in arboribus frondiferis, ad paludes, domos, in Scania manens, ſub rigida hyeme non raro domos intrans. Optime cantat ſolitaria (una arbor non capit duos Erithacos) pugnaciſſima. Delectatur Evonymi fructu.

*Roſtrum* nigrum inter nares angulatum. *Caput* ex fuſco viride, ſed ſupra nares ruſum. *Dorſum*, *Alae* etiam ex fuſco-viridia. *Iugulum*, *Pectus* rubea cum cano colore rubeum circumdante. *Abdomen* album. *Cauda* dorſo fere concolor. *Tectrices* remigum ſecundariorum ſex macula apicis ferruginea. *Pedes* fuſci, ungue poſtico longiore.

250. Motacilla *Troglodytes* ſupra fuſco-ruſeſcens nigro-undulata, remigibus extimis nigro-teſſellatis, cauda lineis transverſis fuſcis.

*M. Troglodytes* griſea, alis nigro cinereoque undulatis. L. S. N. XII. T. I. p. 337. Fn. Su. 261.

*Sylvia Troglodytes* griſea, ſuperciliis albidis, alis nigro cinereoque undulatis. Lath. Ind. 1. p. 547.

*Regulus.* Briſſ. Orn. 1. p. 428.

*Wren.* Will. Orn. p. 229. Penn. Britt. Zool. 1. p. 380. Arct. Zool. 2. p. 414.

*Le Troglodyte.* Buff. Av. 5. p. 352.

*Suecis*



*Suecis* Gärdſmyg, Tummeliten, Tummelilla.

Habitat rarius in Suecia ſuperiore, in Scania vulgaris. Hybernat apud nos.

*Supra* ex fuſco ruſeſcens lineis undulatis nigris praeter caput. *Supercilia* alba. *Os* flaveſcens. *Subtus* cinereo-teſtacea obſolete fuſco-undulata, ad latera vero manifeſte. *Remiges primores* tres extimi nigro-teſſellati. *Cauda* brevis, lineis pluribus fuſcis transverſis picta.

251. Motacilla *Regulus* remigibus ſecundariis exteriore margine flavis, medio albis, vertice luteo. L. S. N. XII. T. I. p. 338. Fn. Su. 262. Lath. Ind. 1. p. 548. (*Sylvia Regulus*).

*Calendula Regulus criſtatus vulgo dicta.* Briſſ. Orn. 1. p. 472.

*The golden crown'd Wren.* Will. Orn. p. 227. Edw. Av. 5. t. 254.

*Golden creſted Wren*, Penn. Britt. Zool. 1. p. 379. Arct. Zool. 2. p. 414.

*Roitelet.* Buff. Av. 5. p. 363. t. 16. f. 2.

*Suecis* Kongsfogel. *Scanis* Fogelkong. *Uplandis* Busklus.

Habitat in arboribus non infrequens. Minima avis inter noſtrates. In Suecia hybernat.

*Roſtrum* nigreſcens. *Lingua* lacera. *Frons* virideſcens. *Lora* alba. *Macula verticis* in Mare flava, medio aurea, lateribus nigra; in Foemina tantum flava. *Cervix* et *Dorſum* cinereo-virentia. *Subtus* cineraſcens. *Remiges* fuſci, 1 — 5 margine exteriore vix flaveſcentes, 6 — 17 in marginis exterioris medio nigri, a medio extrorſum flavo-vireſcentes, omnes margine poſteriore albidi et 12 — 17 etiam apice. *Tectrices* apice albidae. *Rectrices* fuſcae margine exteriore flavo. *Unguis* poſticus major.

252.

252. Motacilla *Trochilus* cinereo-virens, alis ſubtus tectricibus flaveſcentibus, ſuperciliis luteis. L. S. N. XII. T. I. p. 338. Fn. Su. 264. Lath. Ind. 1. p. 550. (*Sylvia Trochilus.*)

*Aſilus.* Briſſ. Orn. 1. p. 441.

*A little yellowiſh Bird without name.* Will. Orn. p. 228.

*Yellow Wren.* Penn. Britt. Zool. 1. p. 378. Arct. Zool. 2. p. 413.

*Le Pouillot ou Chantre.* Buff. Av. 5. p. 344.

*Suecis* Sparſkung, Skogsknett.

β. *Motacilla Acredula* dorſo cinereo-vireſcente, remigibus fuſcis, ſeptimo, octavo nonoque apicibus albis. Fn. Su. 263.

Habitat in Salicetis. Ova 5 alba rubris maculis.

*Roſtrum* fuſceſcens oris angulis flavis. *Linea* ſublutea a naribus ſupra oculos ad occiput. *Supra* tota cinereo-virens in olivaceum tendens. *Subtus* albo-luteſcens. *Remiges* fuſci margine viridulo. *Tectrices* inferiores viridi-flaveſcentes. *Rectrices* ſimiles remigibus.

β. Quam pro juniore ave habet *Cl.* Tengmalm, quaeque a *Yellow Wren* Edw. Av. 6. t. 278. omnino diverſa, ita deſcribit *à* Linné:

*Roſtrum* tenue flaveſcens, ſupra magis obſcurum. *Nares* ovato-oblongae. *Vibriſſae* ſetis utrinque tribus nigris. *Caput*, *Collum*, *Dorſum*, *Uropygium* et *Alarum* tectrices cinerea, leviſſime in viride transeuntia; ad flexuram alae, praeſertim ſubtus viridi-flaveſcens color, ſaturatior quam in reliquo corpore. *Gula*, *Pectus*, *Abdomen* alba, ſed *Collum* ſubtus parum e viridi flaveſcit. *Pedes* fuſco-pallidi, uti roſtrum. *Cauda* forficata rectricibus fuſcis. *Remiges* itidem fuſci, ſed 7, 8, 9 ſummis apicibus vix manifeſte albi. *Lingua* ſetis duabus inſtructa. *Faux* flava. Supra oculos a roſtri baſi ſumma *lineola* pallide flave-



ſcens utrinque. Facies ideoque Spini, ſed duplo minor. Inquietiſſima eſt in arboribus, et ſemper ſalit huc illucque.

## PARUS.

*Roſtrum* integerrimum baſi ſetis tectum.

*Lingua* truncata, ſetis terminata.

253. Parus *cyanus* albo-coeruleoque varius totus. *Pallas* N. Comm. Petrop. T. XIV. P. I. p. 588. t. 23. f. 2.

P. *cyanus*, dilute coeruleus ſubtus albus, uropygio et vertice cano-albidis, cervicis albae faſcia lata, humeris tectricibusque caudae coeruleis. Lath. Ind. 1. p. 563.

P. *ſaebyenſis* corpore caudaque ſubtus, capillitio, interſcapulio, faſcia transverſali alari, remigumque aliquot albis; cauda ſuperne, macula transverſali nuchae, tectricum remigumque nonnullis coeruleis. Muſ. Carlſſ. 1. t. 25.

*Parus* dorſo dilute coeruleo, inferne albus, capite albo, taenia ad oculos et medio abdomine macula oblonga ex atro-coeruleis, faſcia alarum media alba. *Lepechin* N. Comm. Petrop. XIV. p. 498. t. XIII. f. 1.

*Azure Titmouſe.* Penn. Arct. Zool. 2. p. 426.

*Groſſe Meſange bleue.* Buff. Av. 5. p. 455.

Habitat in ſuperiore Suecia rarius, nuper ex Roſſia advena.

Parum Coeruleo major. *Roſtrum* coeruleſcit, circa baſin denſe plumoſum. *Tota Avis* candida *dorſo* dilute coeruleſcente. *Linea* a roſtro per oculos verſus nucham atro-coerulea. *Nucha* macula lunata coerulea. *Humeri* obſcure

obſcure coerulei. *Macula pectoris* vel atro-coerulea, vel fuſco-nigricans. *Remiges* 18, *primores* fuſci, interiore margine et ad apices albi, extus cyaneo perfuſi, *ſecundarii* apicibus albis. *Faſcia* ex tectricibus lata alba. *Alula* nigro-coerulea. *Rectrices* 4 mediae nigro-coeruleae apicum margine albo, reliquae albae verſus baſin fuſceſcentes. *Pedes* e nigro coeruleſcunt.

Specimen Carlſonianum videtur junior avis macula pectoris nulla, roſtro et pedibus fuſco-flavicantibus.

254. Parus *criſtatus* capite criſtato, collari nigro, ventre albo. L. S. N. XII. T. I. p. 340. Fn. Su. 266. Lath. Ind. 1. p. 567.

*P. criſtatus.* Briſſ. Orn. 1. p. 466.

*The creſted Titmouſe.* Will. Orn. p. 242. Penn. Arct. Zool. 2. p. 427.

*Le Meſange huppé.* Buff. Av. 5. p. 447.

*Suecis* Toſſita, Toſsmyſſa. *Uplandis* Meshatt. *Scanis* Toppmes.

Habitat in ſylvis depreſſis.

*Caput* varium ex albo et nigro, pennae enim nigrae ſunt apicibus albis. *Criſta* verticis e pennis majoribus, erectioribus. Pone oculos *nigredo*. *Collare* nigrum. *Dorſum* fuſco-cinereum. *Alae* et *Cauda* nigro-cinerea. *Venter* albus pennis introrſum nigris. *Pedes* plumbei.

255. Parus *major* capite nigro, temporibus albis, nucha lutea L. S. N. XII. T. I. p. 341. Fn. Su. 265.

*P. major* viridi-olivaceus ſubtus flaveſcens, capite nigro, temporibus albis, nucha lutea. Lath. Ind. 1. p. 562.

*Parus major ſive Fringillago.* Briſſ. Orn. 1. p. 461.

*Great Titmouſe or Oxeye.* Will. Orn. p. 240.

Great



*Great Titmouſe.* Penn. Britt. Zool. 1. p. 390. t. 57. f. 1. Arct. Zool. 2. p. 425.

*Groſſe Meſange ou Charbonniere.* Buff. Av. 5. p. 392. t. 17.

*Suecis* Talgoxe. *Scanis* Meshitta, Musweta.

Habitat in ſylvis, frigidiſſima hyeme domos appropinquans.

*Caput* nigrum ſplendens. *Genae* albae. *Gula* nigra, quae nigredo genas circumſcribit et cum illa capitis jungitur, ac ſimul appendicem ſub collo, pectore et abdomine ejusdem coloris demittit. *Nucha* lutea. *Cervix*, ſcapularum regio et *Tectrices* alarum ſuperiores luteo-viridia. *Pectus* et *Abdomen* flava. *Remiges* nigricantes margine exteriore albicantes, excepto primo. *Linea* alba transverſalis obliqua per alas. *Rectrix* 1. 1. longitudinaliter extrorſum alba, at 6. 6 utrinque coeruleſcentes, reliquae extrorſum longitudinaliter coeruleſcentes, introrſum nigricantes.

256. Parus *coeruleus* remigibus coeruleſcentibus: primoribus margine exteriore albis, fronte alba, vertice coeruleo. L. S. N. XII. T. I. p. 341. Fn. Su. 267.

*P. coeruleus* olivaceo-vireſcens ſubtus luteus, remigibus coeruleſcentibus etc. Lath. Ind. 1. p. 566.

*P. coeruleus.* Briſſ. Orn. 1. p. 462.

*The blue Titmouſe or Nun.* Will. Orn. p. 242.

*Blue Titmouſe.* Penn. Britt. Zool. 1. p. 391. t. 57. f. 2. Arct. Zool. 2. p. 427.

*Meſange bleu.* Buff. Av. 5. p. 415.

*Suecis* Blåmes.

Habitat in Alnetis.

Frons

*Frons* alba. *Vertex* coeruleus. *Tempora* et *Gula* alba. *Linea* a roſtro per oculos verſus nucham coit in maculam coeruleſcentem, quae collum ambit et gulae maculam nigricantem conſtituit. *Collare* coeruleum ad latera dilatatum. *Cervix* albicans. *Dorſum* vireſcens. *Pectus*, *Abdomen*, *Latera* flaveſcunt; *Abdomen* vero pone albicat. *Remiges* coeruleſcentes, *primores* margine exteriore albi, *ſecundarii* vero apice, unde faſcia alarum alba. *Rectrices* nigricantes margine exteriore coeruleſcentes 1. 1. margine exteriore albae. *Pedes* plumbei.

257. Parus *ater* capite nigro, dorſo cinereo, occipite pectoreque albo. L. S. N. XII. T. I. p. 341. Fn. Su. 268. Lath. Ind. 1. p. 564.
*P. atricapillus.* Briſſ. Orn. 1. p. 464.
*Colemouſe.* Will. Orn. p. 241. Penn. Britt. Zool. 1. p. 392. t. 47. f. 3. Arct. Zool. 2. p. 424.
*La petite Charbonniere.* Buff. Av. 5. p. 400.
Habitat in Alnetis.

*Caput* a roſtro ad nucham nigrum cum macula alba nuchae. *Tempora* alba. *Gula* et *Sterni* regio nigra. *Pectus* et *Abdomen* albida. *Dorſum* et *Uropygium* cinereo-viridula. *Remiges* 17. fuſci, margine interiore albo. *Faſcia* duplex alba in alis. *Rectrices* 12 fuſcae. *Pedes* plumbei.

258. Parus *paluſtris* capite nigro, dorſo cinereo, temporibus albis. L. S. N. XII. T. I. p. 341. Fn. Su. 269. Lath. Ind. 1. p. 565.
*P. paluſtris.* Briſſ. Orn. 1. p. 465.
*Marſh Titmouſe* or *Blackcap.* Will. Orn. p. 241.
*Marſh Titmouſe.* Penn. Britt. Zool. 1. p. 393. t. 57. f. 4. Arct. Zool. 2. p. 427.

*Meſange*



*Meſange des Marais ou Nonette cendrée.* Buff. Av. 5. p. 403.
*Suecis* Entita, Tomlinge.
Habitat in Iuniperetis.

*Roſtrum* nigrum. *Caput* a roſtro ad nucham ſupra oculos nigrum, infra ocuos album. *Gula* alba cum macula deliqueſcente nigra. *Corpus ſupra* cinereum faſcia alarum nulla alba, *ſubtus* album ad cinereum vergens, pennis omnibus nigris apicibus tantum candidis. *Remiges* nigricantes margine exteriore albido. *Rectrices* dorſo concolores 1. 1. margine exteriore albo. *Tectrices* concolores caudae. *Pedes* plumbei.

259. Parus *caudatus* vertice albo, cauda corpore longiore. L. S. N. XII. T. I. p. 342.
*P. caudatus* albo roſeo nigroque longitudinaliter varius, vertice albo, cauda longiore. Lath. Ind. p. 569.
*Lanius caudatus*, cauda elongata, capite hirſuto. Fn. Su. 83. t. 1. f. 84. *Lechei.*
*Parus longicaudus.* Briſſ. Orn. 1. p. 469.
*The longtail'd Titmouſe.* Will. Orn. p. 242. Penn. Britt. Zool. 1. p. 394. Arct. Zool. 2. p. 428.
*Meſange à longue queue.* Buff. Av. 5. p. 436. t. 19.
*Suecis* Altita, Swansmes.

Habitat in Alnetis. Nidus ovalis a latere verſus ſuperiora apertus e muſcis, lichenibus lanaque ſtudioſe intertextis.

*Roſtrum* nigrum, breve, ſed craſſum, baſi ſetis veſtitum. A roſtro ad nucham album *caput* maculis ſubinde cinereis. A baſi ſuperioris mandibulae utrinque linea nigra ſupra oculos ad nucham, unde faſcia nigra longitudinalis ad uropygium. Ad latera hujus in *dorſo* ruſeſcens, quales etiam *Tectrices* ſuperiores caudae. *Ala-*

*rum*

*rum* tectrices nigrae. *Remiges* nigricantes, *ſecundarii* margine exteriore albi. *Gula* et capitis latera alba. *Pectus* et *Abdomen* alba cum tinctura rubra. *Cauda* longa, nigra, at *Rectrices* 1. 1, 2. 2, 3. 3, margine exteriore et apice interioris lateris albae. *Pedes* nigri.

At qui in Scania vulgaris totum *caput* habet cum *collo* candidum, et ad dorſi initium nigredo quaſi palliolum triangulare efficit.

Proportio Rectricum a PENNANT et BRISSON diverſe deſcribitur. In noſtris medium par ceteris longius, reliquis ſenſim decreſcentibus. *Palpebrae* luteae vel etiam rubrae.

260. PARUS *biarmicus* vertice cano, cauda corpore longiore capite barbato. L. S. N. XII. T. I. p. 342. Fn. Su. 84. *non deſcr.*

*Parus biarmicus* rufus, vertice cano, cauda corpore longiore, capite barbato, criſſo nigro. Lath. Ind. 1. p. 570.

*Parus barbatus.* Briſſ. Orn. 1. p. 468.

*Parus Ruſſicus.* Gmel. it. 11. p. 164. t. 10.

*Bearded Titmouſe.* Penn. Britt. Zool. 1. p. 396. Arct. Zool. 2. p. 428.

*Leaſt Butcher-bird.* Edw. Av. 2. p. 55. t. 55.

Habitat in ſuperiori Suecia. Muſ. Grill.

Mas. *Vertex* canus. *Barba* ad utrumque roſtri latus nigra, *Criſſum* nigrum, quibus caret *Foemina*, uti etiam carneo pectoris colore. *Roſtrum* fulvum. *Supra* fuſca, *ſubtus* cineraſcens. *Remiges primores* nigri margine albo, *ſecundarii* fulvo-marginati. *Faſcia* alarum fulva, ſupra hanc nigra. *Cauda* cuneata, ſordide fulva, rectricibus lateralibus foeminae nigris apice albis.

HIRUN-



## HIRUNDO.

*Roſtrum* minimum, incurvum, ſubulatum, baſi depreſſum.

*Rictus* capite amplior.

261. HIRUNDO *ruſtica* rectricibus, exceptis duabus intermediis, macula alba notatis. L. S. N. XII. T. I. p. 343. Fn. Su. 270.

*H. ruſtica*, nigro-coeruleſcens, ſubtus albida, fronte gulaque caſtaneis, rectricibus lateralibus macula alba notatis. Lath. Ind. 1. p. 572.

*H. domeſtica.* Briſſ. Orn. 1. p. 295.

*The common or Houſe Swallow.* Will. Orn. p. 212.

*Chimney Swallow.* Penn. Britt. Zool. 1. p. 398. t. 58. Arct. Zool. 2. p. 429.

*L'Hirondelle de Cheminée.* Buff. Av. 6. p. 591. t. 25. f. 1.

*Suecis* Laduswala.

Habitat in domibus intra tectum.

*Roſtrum* nigrum fere triangulare. *Nares* ſublunatae. *Frons* et *Gula* rufa. *Caput*, *Dorſum*, *Uropygium* nigra coeruleo-purpuraſcentique ſplendentia. *Collum* ſubtus nigrum coeruleo-ſplendens. *Alae* et *Cauda* fuſco-nigrae cum nitore purpurei ſordidi vel viridulo. *Tectrices* alarum inferiores albae. *Remiges primores* 1—9 ſenſim decreſcentes, at *ſecundarii* quo corpore propiores eo longiores; hi emarginati ſunt. *Pectus*, *Abdomen* et *Criſſum* alba, in mare cum rubedine. *Rectrices* omnes praeter 6. 6, macula parva oblonga alba verſus apices notatae. *Cauda* maxime furcata praecipue in mare. *Pedes* nudi.

262. HIRUNDO *urbica*, rectricibus immaculatis, dorſo nigro-coeruleſcente, tota ſubtus alba. L. S. N. XII. T. I. p. 344. Fn. Su. 271. Lath. Ind. 1. p. 573.

S *Hirundo*

*Hirundo minor ſive ruſtica.* Briſſ. Orn. 1. p. 295.
*Martin, Martinet* or *Martlet.* Will. Orn. p. 213.
*Martin.* Penn. Britt. Zool. 1. p. 401. Arct. Zool. 2. p. 430.
*L'Hirondelle au croupion blanc ou de Fenetre.* Buff. Av. 6. p. 614. t. 25. f. 2.
*Suecis* Huſwala.

Habitat ſub margine tecti e ſummo pariete extra domum.

*Roſtrum* prioris. *Nares* ſubrotundae. *Corpus* ſupra nigrum, ſed *caput* et *dorſum* ex coeruleo ſplendent. *Uropygium* album. *Subtus* tota alba. *Remiges* fuſci, *primores* acuti, *ſecundarii* emarginati. *Rectrices* fuſcae immaculatae, exteriores ſenſim longiores, ita, ut cauda ſit minus quam in praecedente furcata. *Pedes* alba lana usque ad digitos veſtiti.

263. Hirundo *riparia* cinerea, gula abdomineque albis. L. S. N. XII. T. I. p. 344. Fn. Su. 273. Lath. Ind. 1. p. 575.
*Hirundo riparia ſive Drepanis.* Briſſ. Orn. 1. p. 299.
*Sand Martin or Shorebird.* Will. Orn. p. 213.
*Sand Martin.* Penn. Britt. Zool 1. p. 402. Arct. Zool. 2. p. 430.
*L'Hirondelle de rivage.* Buff. Av. 6. p. 632.
*Suecis* Strandſwala, Bachſwala, Jordſwala.

Habitat ſub terra in abruptis littoribus, monticulis arenoſis ſepibusque terreis, ubi fodit cuniculos horizontales profundos.

*Roſtrum* priorum. *Tota ſupra* cinereo-murina, *ſubtus* alba, *pectore* obfuſcato et *gulae* annulo cinereo. *Pedes* nudi, at ad exortum digiti poſtici plumulae nonnullae.





264. Hirundo *Apus* nigricans, gula alba, digitis omnibus quatuor anticis. L. S. N. XII. T. I. p. 344. Fn. Su. 272. Lath. Ind. 1. p. 582.
*H. Apus.* Briſſ. Orn. 1. p. 301.
*The black Martin or Swift.* Will. Orn. p. 214.
*Swift.* Penn. Britt. Zool. 1. p. 403. t. 58. Arct. Zool. 2. p. 432.
*Le Martinet noir.* Buff. Av. 6. p. 643.
*Suecis* Ringſwala.

Habitat in turribus, templis, arcibus, nec non in ſylvis cavisque arborum. Falcones tenaciſſime perſequitur ſono acuto ſibilante.

Major ceteris, fuſco-nigricans. *Gula* alba. *Myſtaces* nullae. *Alae* longiſſimae. *Cauda* forcipata rectricibus tantum decem. *Pedes* breves, rufi, carnoſi, digitis omnibus antice verſis, intimo breviſſimo.

## CAPRIMULGUS.

*Roſtrum* modice incurvatum, minimum, ſubulatum, baſi depreſſum.
*Vibriſſae* ad os ſerie ciliari.
*Rictus* ampliſſimus.
*Lingua* acuta, integerrima.

265. Caprimulgus *europaeus* narium tubulis obſoletis. L. S. N. XII. T. I. p. 346. Fn. Su. 274.
*C. europaeus* niger cinereo fuſco ferrugineo et albo varius ſubtus albo-rufeſcens faſciis fuſcis. Lath. Ind. 1. p. 584.
*Caprimulgus.* Briſſ. Orn. 1. p. 289.
*The Fernowl, or Churn Owl or Goatſucker.* Will. Orn. p. 197.
*Nocturnal Goatſucker.* Penn. Britt. Zool. 1. p. 416. Arct. Zool. 2. p. 437.

*L'Engoulevent.* Buff. Av. 6. p. 512.
*Suecis* Nattſkräfwa, Nattſkärra. *Smolandis* Quäll-knarren. *Scanis* Haſslefrö, Nattwäg, Nattblacka, Horsgök. *Oſtrobothnienſibus*, Kärrgylta.

Habitat ubique in Suecia. Nocte ſola exit; proditur facile ſuſurro continuo tremulo. Nidificat ad praerupta umbroſaque montium latera. *It. Weſtrogoth.* In ſole caecutit fere. Integros Scarabaeos ſtercorarios et Melolonthas deglutit.

*Magnitudo* Cuculi. *Caput* depreſſum, ratione corporis magnum. *Aures* amplae. *Roſtrum* tenue, nigrum. *Faux* ampliſſima, decies roſtri hiatu amplior. *Lingua* minima, acutiſſima, integerrima, palato affixa. *Nares* prominentes cylindro elevato. *Corpus* ſupra ex nigro, albo, cinereo et ferrugineo tenuiſſime undulatim mixtis variegatum; huic colori maculae parvae longitudinales nigrae aſperſae. *Abdomen* pallide teſtaceum undulis craſſioribus nigris. *Pectus* iisdem undulis, ſed minoribus. *Remiges* ao latere exteriore nebuloſo-variegati. *Cauda* longa, integra, rectricibus 10. *Pedes* breves, antice hirſuti. *Unguis* intermedius latere interiore dentibus ſex pectinatus.

*Mas* gaudet macula magna alba fere in medio remigum trium priorum, et apices rectricum 1. 1, 2. 2 albae ſunt, quibus notis caret foemina.

---

## AVES ULTERIUS DETERMINANDAE.

266. FRINGILLA *candida* plumis ac pennis omnibus, roſtro pedibus digitisque albis. Muſ. Carlſſ. 1. t. 20.

Fringillae domeſticae forſan varietatem credit *Celeb.* SPARRMAN, at roſtri craſſities dubium mo facit, aeque ac tota avis magnitudo.





267. EMBERIZA in ſylva Hörbyenſi Scaniae menſe Iunii 1765 occiſa, tuncque deſcripta, dein haud viſa.

*Mandibulae* inferioris margo inflexus. *Lingua* bifida. *Caput*, *Collum* cinereo-vireſcentia. *Dorſum* et *Uropygium* viridi-flava. *Gula* et *Pectus* dilutiſſime carnea. *Venter* albo-cineraſcens. *Remiges* latere interiore albo, exteriore luteo, 1 — 3 ſine albedine, 4 — 5 etc. dimidiato-albi. *Tectrices* ultimae nigro-fuſcae margine albo, penultimae totae albae. *Rectrices* nigrae, at 1. 1, oblique dimidiato-albae margine interiore fuſco, 2. 2, macula oblongo-lanceolata alba, 3. 3, unicolores, 4. 4, margine interiore vireſcente.

268. MUSCICAPA *alba* tota alba, capite ſulphureo-flavicante. Muſ. Carlſſ. 3. t. 74.

Varietas procul dubio eſt, ſed vix ad notas in Suecia Muſcicapas reducenda. Facies Motacillae.

269. FALCO *lapponicus* ſupra ſubferrugineo-fuſcus, ſubtus dilute ochraceus, criſſo albo, pedibus cinereis nigro-punctatis, roſtro et unguibus nigris. Muſ. Carlſſ. 5. t. 101. SPARRMAN in litteris.

## ADDENDAE.

270. ANAS *Canadenſis* ſupra cinerea, ſubtus et capite albo, nucha, collo, cauda, roſtro pedibusque nigris.
*A. canadenſis* cinerea, capite colloque nigris, genis gulaque albis. L. S. N. XII. T. I. p. 198. Lath. Ind. 2. p. 838.
*Canada Gooſe.* Will. Orn. p. 276. Penn. Arct. Zool. 2. p. 544. Edw. Av. 3. t. 151.
*Oie à cravate.* Buff. Av. 9. p. 82.

Habitat — Specimen vidi captum in Scania 1798 ſub nomine *Graſgås*, quod ſine dubio ad Anatem Canadenſem

denſem pertinet, at colore a deſcriptione *Pennanti* et *Latham* diverſum, ut etiam ab icone Edwardiana. An ſexu vel aetate diverſum? Facile culturam patitur.

*Magnitudo* Anſeris domeſtici minoris. *Roſtrum* et *Pedes* atri. *Caput* album. *Nucha* nigra, quae nigredo cum nigredine colli jungitur. *Toto* ſubtus alba. *Dorſum* et *Alae* canae faſciolis nigricantibus vel teſtaceis. *Remiges* verſus apices nigri. *Uropygium* et *Rectrices* nigrae, at caudae *Tectrices* albae.

271. Larus *minutus* niveus, capite nigro, alis leucophaeis, pedibus coccineis. Lath. Ind. 2. p. 815. Pallas it. 3. p. 702. N. Act. R. Ac. Suec. 1783. p. 121.

Habitat in mari Balthico ad Gotlandiam rarius. *Com. H. G. Wachtmeiſter.*

*Magnitudo* Sternae öigrae. *Roſtrum* fuſco-rubrum. *Caput* nigrum. *Dorſum* et *Tectrices Alarum* caneſcentes, alis leucophaeis, reliquum corpus album. *Cauda* aequalis.

---

AMPHI-

# AMPHIBIA SVECIAE.

---

## *Reptilia.*

1. Rana Bufo.
2. — Bufina.
3. — Rubeta.
4. — Bombina.
5. — Portentoſa.
6. — Campaniſona.
7. — Temporaria.
8. — Eſculenta.
9. — Arborea.
10. Lacerta paluſtris.
11. — Triton.
12. — poroſa.
13. — aquatica.
14. — vulgaris.
15. — agilis.

## *Serpentia.*

16. Coluber ferruginoſus.
17. — Berus.
18. — Cherſea.
19. — Preſter.
20. — Natrix.
21. Anguis Eryx.
22. — fragilis.

# III.

# AMPHIBIA.

## 1. REPTILIA.

### RANA.

*Corpus* tetrapodum, nudum, ecaudatum.

1. Rana *Bufo* corpore ventricoſo, verrucoſo, lurido fuſcoque, capite obtuſo, puſtula pone oculos oblonga. Müll. Prodr. Zool. Dan. 292.

*R. Bufo* corpore ventricoſo verrucoſo lurido fuſcoque L. S. N. XII. T. I. p. 354. Fn. Su. 275.

*Bufo vulgaris* cinereo-plumbeus, turgens, tuberculis rubellis exaſperatus, ſupra regionem aurium utrinque prominentia mollis reniformis. Laur. Syn. p. 28.

*Bufo terreſtris* dorſo tuberculis exaſperato, oculis rubris. Roeſ. H. Ran. p. 85. tab. 20.

*Toad.* Penn. Britt. Zool. 3. p. 14. append. p. 379.

*Suecis* Padda. *Smolandis* Toſſa. *Scanis* Pugga.

Habitat in umbroſis frigidis humidisque, ſub aeſtate lubenter vaporaria intrans hortorum. Sub umbra Acteae et Cotulae foetidae praeſertim delectari creditur.

*Manus* tetradactylae fiſſae, digitis ſubaequalibus. *Palmae* pentadactylae cum tuberculo ſexti digiti rudimentum mentiente, ſemipalmatae. *Corpus* lurido fuſcum maculoſum verrucoſum. *Puſtula* pone oculos elevata



vata oblonga. *Gula* flava. *Abdomen* ventricoſum, pallidum, maculis nigris aſperſum, uti et ipſa femora fuſca.

Inter *Bufonem terreſtrem* et *aquaticum* diſtinguit Goetze, hunc in aqua, illum in terra ova deponere, ex quibus, ſcil. *terreſtris*, pullos ecaudatos prodire aſſerit. vide ejus *Natur, Menſch. und Vorſch.* P. VI. pag. 455.

2. Rana *Bufina* corpore verrucoſo ſupra ſubcarneo maculis olivaceis nigro-marginatis — punctatisque; ſubtus ſordide albo, puſtula pone oculos ſinuata.

*R. Bufina* corpore ſubverrucoſo griſeo, ſupra maculis virentibus, capite ſimo, puſtula pone oculos ſinuata. Müll. Prodr. Zool. Dan. 293.

*Bufo viridis*, maculae virides confluentes, verrucis maculatum concoloribus, intervallorum rubris, intermediis bicoloribus. Laur. Syn. p. 27. t. 1. f. 1.

*Bufo Schreberianus* carneus, lineis radiatis viridibus, Laur. Syn. p. 27. Roeſ. p. 103.

*Grönfläckad Groda.* Sparrman N. Act. R. Ac. Suec. 1795. p. 185. t. 7. *

Habitat in Sueciae inferioris frigidis umbroſis. In vaporariis hortorum odioſa.

3. Rana *Rubeta* corpore verrucoſo, ano obtuſo ſubtus punctato. L. S. N. XII. T. I. p. 355. Fn. Su. 276.

*Rana* manibus tetradactylis fiſſis, plantis pentadactylis ſubpalmatis. It. Weſtrog. p. 261.

Habitat in Wermelandia; in horto Drotningholmenſi poſt pluvias frequens.

Nondum vidi, et nemo, quantum ſcio, praeter a Linné illam deſcripſit. Generoſ. autem Itin. Weſtrog. auctor juniores tantum vidit et forte primi anni pullos. Cum jam plurimum colore varient ſecundum aetatem Ranae

Ranae, incertum omnino eſt, an revera propria ſit ſpecies quam deſcripſit. Nonnulli *Bufonem igneum* Roeſ. huc referunt, at perperam.

4. Rana *bombina* corpore verrucoſo, abdomine albo flavoue nigroque maculato, plica gulari. L. S. N. XII. T. I. p. 355. Fn. Su. 277.

R. *bombina*, corpore verrucoſo, abdomine aurantio-caeſio maculato, pupilla triquetra. Blumenb. Handb. ed. III. p. 262.

*Bufo igneus* ſupra terreo-olivaceus maculis nigris, infra albido-coeruleſcens punctatus maculis lacte miniatis. Laur. Syn. p. 29. Roeſ. H. Ran. p. 97. t. 22. 23.

Habitat in paludoſis. Sonus cachinnans.

Minor ceteris Ranis verrucoſis, dignoſcitur colore ſubtus.

5. Rana *portentoſa* corpore verrucoſo, linea dorſali flava, lateralibus ruſeſcentibus. Blumenb. Handb. ed. III. p. 262.

*Bufo calamita*, dorſum coloris olivacei, puſtulis ſubrotundo-fuſcis, concinno ordine digeſtis, media linea ſulphurea diviſum; latera taenia inaequali lucida, ex rubro flaveſcente. Laur. Syn. p. 27.

*Bufo* terreſtris foetidus. Roeſ. H. Ran. p. 107. t. 24.

Habitat in latebroſis, cellis etc. lucem fugiens. Nocte exit. Digiti fiſſi.

6. Rana *campaniſona* corpore puſtuloſo cinereo-livido, abdomine pallido, inguinibus rugoſis.

R. *campaniſona* cinereo-lividus, veſiculis aſperſus; dorſo utrinque limbo tereti longitudinali a lateribus diſtincto; abdomine pallido; inguinibus rugoſis. Laur. Syn. p. 30.

*Suecis* Klockgroda, Korngroda. *Scanis ruſticis* Södespumpor. *Danis* Peder Oxes Fröer, a Nobili Dano Peder Oxe, qui ſpeciem in Dania et dehinc in Scania antea ignotam plantavit.



Habitat in Scaniae campeſtris variis locis, in ſylveſtri rarior. Sonus campanarum longinquus.

Hanc proprie ſub nomine *Ranae bombinae* intellectam voluit *b. à* Linne', at cum ſub ejus nomine quartam ſpeciem deſcripſerit, ne nova oriretur confuſio, nomen retinui Laurenti, aptius mihi viſum.

7. Rana *temporaria* corpore laevi, dorſo planiuſculo ſubangulato, lituris, temporibus femorumque faſciis tribus fuſcis.

R. *temporaria* dorſo planiuſculo ſubangulato. L. S. N. XII. T. I. p. 357. Fn. Su. 278.

R. *muta* color ruſſo-fuſcus; macula oblonga nigra inter oculos et pedes anteriores; crura fuſco-faſciata. Laur. Syn. p. 30.

R. *fuſca terreſtris*. Roeſ. H. Ran. p. 1. t. 1 — 8.

*Common Frog*. Penn. Britt. Zool. 3. p. 9.

*Suecis* Groda. *Scanis* plebejis *Smolandisque* Frö. *Oſtrobothnis* Kloſſa.

Habitat ubique in aquis et foſſis vere, aeſtate et autumno terreſtris.

*Manus* tetradactylae, digito 2 et 4 breviore. *Plantae* pentadactylae ſemipalmatae, digito 1, 2, 3, 4 ſenſim longioribus, 5ᵘˢ longitudine tertii. *Callus* ſextum mentiens. *Dorſum* planum, ſupra femora bigibbum, diſtinctum lateribus utrinque linea elevata pallida ab apice roſtri per palpebram ſuperiorem verſus anum. *Macula* pone oculos longa poſtice acuta fuſca, pallide marginata. *Corpus* pro aetate vel fuſco-ſubruſum vel cinereo-lividum,

dum, lituris nigris pictum. Femorum *faſciae* tres latae. Adulto mari maculae abdominis griſeae, foeminae flavae rubenteſque.

Falſo et muta dicitur et temporaria. quod neque coaxaret, nec diu viveret.

8. Rana *eſculenta* corpore laevi viridi nigro-maculato, linea dorſi lutea triplici, lateralibus elevatis.

*R. eſculenta* corpore angulato, dorſo transverſe gibbo, abdomine marginato. L. S. N. XII. T. I. p. 357. Fn. Su. 279.

*R. eſculenta* corpore ſupra viridi, dorſi medio depreſſo lineaque longitudinali lutea. Müll. Prodr. Zool. Dan. 297.

*R. eſculenta* viridis, maculis nigris; ore elongato; dorſo linea longitudinali lutea triplici angulato. Laur. Syn. p. 31.

*R. viridis aquatica*. Roeſ. H. Ran. p. 53. t. 13—16.

*Edible Frog*. Penn. Britt. Zool. 3. p. 13.

*Suecis* Källfrö.

Habitat in foſſis paludibusque ſcaturiginoſis.

*Manus* et *Plantae* praecedentis. *Corpus* ſupra viride maculis nigris, ab apice oris ad anum linea lutea. Linea elevata ſubflava utrinque ab oculo incipiens dorſum depreſſum ſupra femora bigibbum includit. Subtus pallida maculis nigris.

9. Rana *arborea* corpore laevi, ſubtus punctis contiguis tuberculato, pedibus fiſſis, unguibus orbiculato-dilatatis. L. S. N. XII. T. I. p. 357. Fn. Su. 280. Roeſ. H. Ran. p. 37. t. 9 — 12.

*Hyla viridis* ſupra virens, infra albicans, utroque latere linea flava. Laur. Syn. p. 33 et 138.

*Suecis*



*Suecis* Haſlefrö.

Habitat in lucis humidiuſculis, primo vere in ſtagnis.

## LACERTA.

*Corpus* tetrapodum, caudatum, nudum.

10. Lacerta *paluſtris* dorſo laevi, corpore verrucoſo, cauda lanceolata ancipiti, pedibus muticis fiſſis, anticis tetradactylis, poſticis pentadactylis, digitis omnibus teretibus.

*L. paluſtris* cauda lanceolata mediocri, pedibus muticis, palmis tetradactylis. L. S. N. XII. T. I. p. 370.

*L. paluſtris* cauda ancipiti lanceolata, pedibus muticis fiſſis, manibus tetradactylis. Fn. Su. 281.

*Triton paluſtris*, corpore glabro; gula laevi maculis characteriformibus; abdomine rotundo; dorſo ſupra plano, utrinque obtuſo angulato; digitis teretibus. Laur. Syn. p. 39. t. 4. f. 2.

*Warty Lizard*. Penn. Britt. Zool. 3. p. 23.

*Suecis* Wattnödla. *Dalekarlis* Skrotabborre, Skrattabborre. *Persbergenſibus* Grufgrabbe.

Habitat in foſſis, piſcinis et aquis ſtagnantibus.

In annoſioribus ſaltem *corpus* undique aſperſum verrucis parvis denſis. *Digiti* omnes teretes apice rotundati. *Criſta* in dorſo abſoluto nulla (Maris dorſum criſtatum verno tempore *F. A. A. Meyer*). Animal *ſupra* fuſco-luridum, *ſubtus* fulvum maculis nigris. Sub gula *plica* retroverſa, quae latera colli aſcendit. *Pori* nulli laterales. In pedibus foeminae ovorum plenae duo puncta elevata vel gibberes duo parvi quaſi rudimenta tot digitorum vidi, quos in alio ſpecimine, an mare? non obſervavi. Majo menſe apud nos ova ponit.

11.

11. Lacerta *Triton* dorſo carinato, corpore glabro, cauda lanceolata, digitis anticis quaternis teretibus, poſticis quinis lobatis.

*Triton criſtatus*, corpore ſpongioſo nigreſcente, maculis rotundis atris; gula hiſpida; cauda glabra, punctata, utrinque taenia alba longitudinali. Laur. Syn. p. 39?

*Triton pariſinus* ibid. p. 40.

Habitat in foſſis, ſtagnis, piſcinis.

Cinerea, abdomine pallidiore, undique etiam in criſta dorſi, quae pone oculos incipit, maculis nigris rotundis ſub gula angulatis. *Criſta* margine dentato-repanda. *Digiti* palmarum 4 teretes, acuti cum rudimento quinti, plantarum 5 etiam acuti, ſed membrana dilatata, avium pedibus lobatis inſtar, circumdati, et praeterea rudimentum ſexti digiti.

Haec mas erit praecedentis ſecundum à Linné, an recte?

12. Lacerta *poroſa* dorſo criſtato, corpore verrucoſo ad latera ſerie utrinque pororum, cauda lanceolata ancipiti, pedibus muticis fiſſis, digitis omnibus teretibus.

Habitat cum praecedente.

*Paluſtri* forma, magnitudine, verrucis, colore ſimilis, ſed in dorſo criſta ſerrata, quae inter oculos incipit et in caudam excurrit, ibi licet dentes evaneſcant. *Plica* gularis ſimilis, at ſub axillis incipit linea pororum pertuſorum, quae abdomen longitudinaliter usque ad femora cingit. *Mandibula* inferior binis pororum ſimilium ſeriebus cingitur. Hinc diverſa mihi videtur.





13. Lacerta *aquatica* cauda teretiuſcula mediocri, pedibus muticis, palmis tetradactylis. L. S. N. XII. T. I. p. 370.

*L. aquatica* cauda teretiuſcula mediocri, pedibus muticis fiſſis, manibus tetradactylis, plantis pentadactylis. Fn. Su. 282.

Habitat in aquis quietis.

14. Lacerta *vulgaris* cauda tereti mediocri, pedibus unguiculatis, palmis tetradactylis, dorſo linea duplici fuſca. L. S. N. XII. T. I. p. 370.

*L. vulgaris* cauda tereti mediocri, pedibus unguiculatis fiſſis, manibus tetradactylis, plantis pentadactylis. Fn. Su. 283.

*Brown Lizard.* Penn. Britt. Zool. 3. p. 24. t. 2. f. 9.

Habitat inter plantas et ſub lapides vulgaris.

Pallide livida, a capite utrinque ſecundum dorſum linea fuſca excurrit. *Abdomen* flaveſcens, interdum nigris maculis conſperſum. *Cauda* teretiuſcula, longitudine corporis.

15. Lacerta *agilis* cauda verticillata longiuſcula, ſquamis acutis, collari ſubtus ſquamis conſtructo. L. S. N. XII. T. I. p. 363.

*L. agilis* cauda verticillata longiuſcula, ſquamis acutis, collari ſubtus ſquamis articulato. Fn. Su. 284.

*Suecis* Ödla, alias etiam Fyrfot, Fyrben.

α. cinerea immaculata.

β. fuſca, lateribus ſerie macularum obſoletarum.

*Seps terreſtris* collari ſoluto, ſcutis intermediis ſubrotundis; corpore fuſco; utrinque ſerie macularum obſoletarum. Laur. Syn. p. 61.

γ. fuſca nigro-lineata, ſerie duplici dorſali macularum flavarum, ventre flavo.

*Scaly Lizard.* Penn. Britt. Zool. 3. p. 21. t. 2. f. 7.

δ. coeruleſcenti-cinereo-nitida, dorſi faſcia fuſca maculis ſubquadratis nigris, utrinque lineola alba articulata, laterum ocellis nigris, pupilla alba.

*Seps coeruleſcens*, collari ſoluto; ſcutis intermediis ſubrotundis: corpus coeruleo-margaritaceum; latera ocellata triplici utrinque ſerie. Laur. Syn. p. 62. et 171. t. 1. f. 3.

ε. cinereo-fuſca punctis albis nigrisque contiguis, ſubtus flavo-aurea punctis nigris. Müll. Pr. Zool. Dan. 299. c.

ζ. viridis punctis nigris, ſubtus flaveſcens.

*Seps viridis* collario ſoluto coeruleo; ſcutis intermediis ſubrotundis; corpore elegantiſſime viridi. Laur. Syn. p. 62. 175.

*Ruſticis Scania* Springorm.

Habitat in terra, ſub lapides, in muris, praeſertim ſylveſtribus locis.

Squamarum abdominalium ſeries ſex. *Collare* ſubtus ſquamis ſeptem majoribus. *Femora* ſubtus ſerie ſquamarum puncto calloſo obſitarum. Elegans et agiliſſimum animal.

---

2. SER-



## 2. SERPENTIA.

### COLUBER.

*Scuta* abdominalia.

*Scutella* ſubcaudalia.

16. Coluber *ferruginoſus*, ferrugineo-cinereus, occipitali macula magna cordata, dorſi ſerie duplici macularum, lineaque ſuboculari extenſa brunneonotatus: ſquamulis ovatis planis. *Sparrman* N. Act. R. Ac. Suec. 1795. p. 180. t. 7.

*Coronella auſtriaca* ex cinereo coeruleo-ruffa; maculis dorſi alternis diſtinctis. Laur. Syn. p. 84. t. 5. f. et p. 184.

Habitat in ſuperiore Suecia.

Supra ferrugineo-cineraſcens ſerie duplici macularum alternarum fuſco-hepatica, ſquamis margine puncto ſolitario vel duplici, minime carinatis. Macula cordata fuſco-hepatica nuchae. *Scuta* 165 — 183. *Scutella* 58 — 48.

17. Coluber *Berus*, chalybeus, taenia dorſali fulminata nigra.

*C. Berus* ſcutis abdominalibus 146, ſquamis caudae 39. L. S. N. XII. T. I. p. 377. Fn. Su. 286. Amoen. Acad. T. I. p. 113.

*C. Berus*, fuſco-caneſcens, vitta dorſali atra, dentata, repanda. Müll. Pr. Zool. Dan. 304.

*Anguis* cinerea, macula dorſo fuſca longitudinali dentata, Act. Soc. Upſal. 1736. p. 11. 4.

*C. Berus* α. corpore cinereo (foeminae) ex fuſco-ruffo (mari); taenia dorſali nigra fulminata, utrinque

T 2 punctis

punctis alternis: cuique ſinui reſpondentibus nigris. Laur. Syn. p. 97 et 192. t. 2. f. 1.

*Viper.* Penn. Britt. Zool. 3. p. 26. t. 4. f. 12.

*Suecis* Huggorm.

Habitat in Suecia frequens, morſu venenato notus.

*Corpus* chalybeum. *Dorſum* longitudinaliter tegitur macula lineari fuſca vel nigra utrinque dentata; ad latera hujus macula coerulescens ſingulo denticulo dorſalis taeniae interjecta. *Venter* interdum purpuraſcens, ſaepius chalybeus cum puncto nigro ad apicem ſingulae ſquamae. *Gula* pallida. *Labium ſuperius* ſecundum marginem album eſt. *Oculorum iris* flammea, *pupilla* nigra. *Angulus* acutus coeruleus taeniam dorſalem a capite diſtinguit.

18. Coluber *Cherſea* ruſeſcens, taenia dorſali teſſellata fuliginoſa.

*C. Cherſea* ſcutis abdominalibus 150, ſquamis ſubcaudalibus 34. L. S. N. XII. T. I. p. 377. Fn. Su. 285. Act. R. Ac. Suec. 1749. p. 249. t. 6. f. 1. 2.

*C. Aſpis* corpore ruſo macula capitis lineaque dorſi ſerrata ferruginea. Müll. Prodr. Zool. Dan. 303.

*C. Cherſea* ſquamis carinatis; capite a narium limbo ad usque oculos ſquamulis albis, fronte macula cordiformi, magna, at dorſalibus rotundis ad nucham confluentibus, reliquis cohaerentibus in taeniam continuam rectam; colore corporis ferrugineo, macularum atro; ſcutis abdominalibus latiſſimis. Laur. Syn. p. 97.

*Suecis* Aſping.

Habitat in Smolandiae Salicetis, forte et alibi, morſu prioris magis venenato.

*Longitudo* ſpithamae, craſſities ad ſummum pennae cygneae. *Pictura* fere praecedentis, at color taeniae fuſco - ferrugineo - fuliginoſus. *Subtus* chalybeus ad ruſum tendens.

19. Coluber *Preſter* totus niger.

*C. Preſter* ſcutis abdominalibus 153. Squamis caudalibus 32. L. S. N. XII. T. I. p. 377. Fn. Su. 287.

*C. Vipera Anglorum* corpore toto aterrimo immaculato; ſquamis lanceolatis, carina longitudinali inſcriptis, labiis punctis albis nigrisve variatis. Laur. Syn. p. 99. t. 4. f. 1. et p. 188.

*Smolandis* Boſe.

Habitat in ſylvis rarior.

*Corpus* atrum; *ſquamis* 21 ordinum, ſubcarinatis, lanceolatis; lateralibus ovatis, diſtinctis cute nigra, quae dum contrahitur rugis albo-reticulata apparet inter ſquamas. *Cauda* breviſſima. *Os* armatum veneno diro. In Auſtria fere innocuus videtur, modo experimenta Laurenti ſufficiant.

20. Coluber *Natrix* ſupra niger, ſubtus chalybeus ſubmaculatus, colli maculis duabus flaveſcentibus.

*C. Natrix* ſcutis abdominalibus 170, ſquamis caudalibus 60. L. S. N. XII. T. I. p. 380. Fn. Su. 288.

*C. Natrix* corpore nigro, macula alba utrinque ad collum. Müll. Prodr. Zool. Dan. 305.

*Natrix vulgaris*, ex cinereo-coeruleſcente nigricans; ad occiput utrinque macula albo-lutea, quae a nigra excipitur; media in nucha inter priores cum oppo-

oppoſita confluente; ſcutis abdominalibus ſingulis utrinque macula ſquamiformi. Laur. Syn. p. 75 et p. 180.

*Ringed Snake.* Penn. Britt. Zool. 3. p. 33. t. 4. f. 13.

*Suecis* Tomtorm. *Scanis* Snok, Ormſlå. *Smolandis* Ringorm.

Habitat in Suecia ubique vulgaris. Coitus tempore hoſtem adgreditur mordicus, at veneni expers, alias mitis. Ipſas ruſticorum aedes inhabitant.

*Corpus* nigrum. *Latera* ventris notata albis maculis ſeu ſquamis ventralibus ad latera albis. *Gula* alba. *Aurium* regio flaveſcens. *Tempora* alba lineis nigris transverſis. *Dentes* duplici ordine aequales. *Dorſi* ſquamae ſtria in medio elevata. Variat *color*; aliis ſquamae dorſi cinereae apice hinc inde nigricante (in junioribus); aliis ſquamae omnes nigrae (in adultioribus). *Nares* non prominent. Aliis aurium regio convexa, nigricans, macula magna alba. *Venter* chalybeus, ſaepe maculatus, nitens. *Tela* nulla.

## A N G U I S.

*Squamae* abdominales et ſubcaudales.

21. Anguis *Eryx* dorſo pallide teſtaceo, lateribus cupreis, abdomine chalybeo, linea dorſali binisque lateralibus nigris.

*A. Eryx* ſquamis abdominalibus 126, ſubcaudalibus 136. L. S. N. XII. T. I. p. 392.

*Anguis fragilis* corpore ſubaequali, glaberrima, nitens, aureo-fuſca; macula frontis cervicisque, ex



ex quibus duae lineolae ſubcontiguae longitudinales. Laur. Syn. p. 68. t. 5. f. 2. et p. 178.

*Blindworm.* Penn. Britt. Zool. 3. p. 36. t. 4. f. 15.

*Ormſlåen.* it. Gottl. p. 306.

*Suecis* Ormſlå.

Habitat in ſylveſtribus pratis Smolandiae, Scaniae, Gottlandiae.

A variis Auctoribus cum ſequente confunditur, fragilis etiam, ſed multo minus.

*Craſſities* vix minimi digiti. *Longitudo* ad 13 uſque pollices, caudaque tum 7, corpus cum capite 6. *Dorſi* faſcia lata pallide teſtacea, quae duabus lineis nigris ab oculis in apicem caudae decurrentibus includitur, et a tertia, quae in cervice incipit, et non raro ſi attente inſpicitur fulminata eſt, dividitur. *Latera* cuprea, *Abdomen* chalybeum; inter haec non raro utrinque linea pallida et alia abdomini concolor. Interdum totum abdomen pallidius et lineis denſis chalybeis percurſum, quae variationes videntur mihi pendere ab aetate epidermidis, quam quotannis exuere ſerpentes dudum jam notum eſt. In nuper exuvias depoſiti animalis abdomine color plane niger; in abdomine vero aeque ac lateribus ſquamarum margines quaſi flocco albeſcente adglutinato circumdantur, vel ciliati in abdomine magis perſpicue adparent. *Linea*, quae in cervice incipit, ibi ſaepius antice bifurca, et haud raro pone hanc diviſuram annulus annectitur parvus, ex quo linea dein pergit. Squamae tuto haud numerabiles.

22.

22. ANGUIS *fragilis*, totus cupreus.

*A. fragilis* ſquamis abdominis caudaeque 135. L. S. N. XII. T. I. p. 392. Fn. Su. 239.

*Suecis* Kopparorm.

Habitat in pratis ſylvaticis frequens.

*Craſſities* pennae anſerinae. *Longitudo* 6 — 8 pollicum. *Fragilis* adeo, ut altero fine detentus proprio niſu ſaepe diſſilit. Deſcripſi olim, at ſchedam perdidi. *Abdomen* plumbeum?



# PISCES SVECIAE.

1. *Chondrodei.*

1. Myxine glutinoſa.
2. Petromyzon marinus.
3. — — fluviatilis.
4. — — branchialis.
5. Raja Paſtinaca.
6. — clavata.
7. Squalus Acanthias.
8. — Spinax.
9. — Canicula.
10. — Carcharias.
11. — glaucus.
12. Priſtis antiquorum.
13. Chimaera monſtroſa.
14. Lophius piſcatorius.
15. Acipenſer ſturio.
16. — ruthenus.
17. Tetrodon Mola.

2. *Enchelares.*

18. Ophichthus Anguilla.
19. Syngnathus Typhle.
20. — — Acus.
21. — — Ophidion.
22. Callionymus Lyra.
23. — — Draculus.

3. *Apodes.*

24. Ammodytes Tobianus.
25. Anarhicas Lupus.
26. Ophidion imberbe.
27. Xiphias Gladius.

4. *Jugulares.*

28. Trachinus Draco.
29. Gadus Aeglefinus.
30. — Callarias.
31. Gadus Morrhua.
32. — barbatus.
33. — minutus.
34. — virens.
35. — Merlangus.
36. — Carbonarius.
37. — Pollachius.
38. — Merluccius.
39. — Molva.
40. — Lota.
41. — Muſtela.
42. — cimbrius.
43. — Broſme.
44. Blennius Gunnellus.
45. — viviparus.
46. — raninus.

5. *Thoracici.*

47. Gobius Ruthenſparri.
48. — niger.
49. — Ioza.
50. Cyclopterus Lumpus.
51. Cottus cataphractus.
52. — quadricornis.
53. — Bubalis.
54. — Scorpius.
55. — Gobio.
56. Pleuronectes Hippogloſſus.
57. — — Plateſſa.
58. — — Fleſus.
59. — — Limanda.
60. — — Solea.
61. — — Linguatula.
62. — — Rhombus.
63. — — maximus.
64. — — Paſſer.
65. — — hirtus.

66.

66. Labrus ſuillus.
67. — exoletus.
68. — aper.
69. Perca fluviatilis.
70. — Lucioperca.
71. — Norvegica.
72. — maculoſa.
73. — rupeſtris.
74. — cernua.
75. Gaſteroſteus aculeatus.
76. — — pungitius.
77. — — Spinachia.
78. Scomber Scombrus.
79. — Thynnus.
80. — Trachurus.
81. Mullus Surmuletus.
82. Trigla Gurnardus.
83. — Cuculus.
84. — Hirundo.

6. *Abdominales.*

85. Cobitis Barbatula.
86. — Taenia.
87. — foſſilis.
88. Silurus Glanis.
89. Salmo Salar.
90. — Eriox.
91. — Trutta.
92. — Fario.
93. — alpinus.
94. — Goedenii.
95. — Schiefermulleri.
96. Salmo Eperlanus.
97. — Lavaretus.
98. — Albula.
99. — Thymallus.
100. — Wimba.
101. Eſox Lucius.
102. — Belone.
103. Clupea Harengus.
104. — Sprattus.
105. — Aloſa.
106. — Encraſicolus.
107. Cyprinus Carpio.
108. — Tinca.
109. — Gobio.
110. — Caraſſius.
111. — Phoxinus.
112. — Aphya.
113. — Dobula.
114. — Grislagine.
115. — Idbarus.
116. — Rutilus.
117. — Idus.
118. — Erythrophthalmus.
119. — Aſpius.
120. — Alburnus.
121. — Wimba.
122. — Brama.
123. — cultratus.
124. — Bioerkna.
125. — Farenus.
126. — Ballerus.
127. Lampris guttatus.

OR-



ORDINES PISCIUM.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Piſces | Branchiis occultis | Spiraculis nudis. | 1. Chondrodei. |
| | | Operculis adnatis. | 2. Enchelares. |
| | Branchiis apertis. | Pinnis Ventralibus nullis. | 3. Apodes. |
| | | Pinnis Ventralibus ante P. Pector. | 4. Iugulares. |
| | | Pinnis Ventralibus ſub P. Pector. | 5. Thoracici. |
| | | Pinnis Ventralibus pone P. Pectus. | 6. Abdominales. |

# IV.

# PISCES.

## 1. CHONDRODEI.

### MYXINE.

*Os* inferum longitudinale.
*Maxillae* 2 pinnatae.
*Spiracula* 2 ſub abdomine, ad initium carinae.
*Cirrhi* VIII.
*Oculi* nulli.
*Pinna* unica adipoſa.

1.

1. Myxine *glutinoſa*. N. Act. R. Ac. Suec. 1790. p. 110. t. IV. Berlin. Schrift. N. Fr. X. B. 2. ſt. p. 193. t. 4. et p. 244.

*Gaſtrobranchus coecus*. Bloch. Piſc. Extr. P. IX. p. 67. t. 412.

*Myxine glutinoſa*. L. S. N. XII. T. I. p. 1080. Fn. Su. 2086. Muſ. Ad. Frider. p. 91. tab. 8. f. 4. Penn. Britt. Zool. IV. p. 59. t. 20. f. 15.

*Sleepmarken*. Gunner. Act. Nidroſ. 2. p. 250. tab. 3.

*Steenſuer*. Olav. Skagens Beſkr. p. 156. t. 3. f. 3. 4.

*Suecis* Blindål. Putål

Habitat in Mari occidentali. Num plures ſpecies? ita ex diverſitate iconum ſuſpicari licet.

Alios piſces intrat per branchias vel anum et devorat, mucumque copioſiſſimum relinquit, quem ex omni fere apertura emittit.

## PETROMYZON.

*Spiracula* VII ad latera colli.
*Fiſtula* in cervice.
*Os* ſubtus, longitudinale.
*Pinnae pectorales* aut *ventrales* nullae.

2. Petromyzon *marinus*, ordinibus dentium pluribus. Bloch. Piſc. Germ. 3. p. 38. t. 77.

*P. marinus* ore intus papilloſo, pinna dorſali poſteriore a cauda diſtincta. L. S. N. XII. t. 1. p. 394. Fn. Su. 292.

*P. maculoſus*, ordinibus dentium circiter viginti. Art. Gen. 64. Syn. 90.

*Lampetra*. Will. ichth. p. 105.

*Sea Lamprey*. Penn. Britt. Zool. 3. p. 76. t. 8. f. 27.

Habitat in Mari occidentali, Balthico et Freto Oreſund rarius.

Abdo-



Abdomini *Squali maximi* ſe affigit illumque non niſi mortuum deſerit. Gunner. Act. Nidr. IV.

3. Petromyzon *fluviatilis* ordine dentium unico. Bloch. Piſc. Germ. 3. p. 41. t. 78. f. 1.

*P. fluviatilis* pinna dorſali poſteriore angulata. L. S. N. XII. T. I. p. 394. Fn. Su. 290.

*P.* unico ordine denticulorum minimorum in limbo oris praeter inferiores majores. Art. Gen. 64. Syn. 89. Spec. 99.

*Lampetrae* medium genus. Will. ichth. p. 106.

*Leſſer Lamprey*. Penn. Britt. Zool. 3. p. 79. t. 8. f. 28.

*Suecis* Neinöga. *Weſtrobothnienſibus* Nätting.

Habitat in variis fluviis Succiae, praeſertim Oſtro- et Weſtrobothniae.

4. Petromyzon *branchialis* corpore annulato, ore lobato. Bloch. Piſc. Germ. 3. p. 45. t. 78. f. 2.

*P. branchialis* pinna dorſali poſteriore lineari, labio oris poſteriore latere lobato. L. S. N. XII. T. I. p. 394. Fn. Su. 291.

*P.* corpore annuloſo, appendicibus utrinque duobus in margine oris. Art. Gen. 42. Syn. 90.

*Lampetra coeca*. Will. ichth. p. 104.

*Pride*. Penn. Britt. Zool. 3. p. 80. t. 8. f. 29.

*Suecis* Linål.

Habitat in fluviis variis Succiae ſuperioris, copioſe in Dalelſwen intra Dalecarliam, ſaepe obvius intra Linum quod aqua maceratur, ſaepe intra branchias Gadi Lotae.

*Corpus* ſemipedale lumbriciforme, denſe annulatum. *Os* edentulum, ad baſin utrinque inciſum.

RAIA.

## R A I A.

*Spiracula* V ſubtus ad collum.
*Corpus* depreſſum.
*Os* ſub capite.

5. Raia *Paſtinaca* corpore glabro, aculeo longo anterius ſerrato in cauda et dorſo apterygio. L. S. N. XII. T. I. p. 396.
R. corpore glabro, aculeo longo anterius ſerrato in cauda apterygia. Art. Gen. 71. Syn. 100.
R. cauda apterygia, aculeo ſagittato. Bloch. Piſc. Germ. 3. p. 62. t. 82.
*Paſtinaca* marina laevis. Will. ichth. 67.
*Sting-Ray.* Penn. Britt. Zool. 3. p. 95.
*Suecis* Spjut-Rocka.

Habitat in mari occidentali rarius.
Aculeus minime venenatus.

6. Raia *clavata*, aculeata, dentibus tuberculoſis, cartilagine transverſa abdominis. L. S. N. XII. T. I. p. 397. Fn. Su. 393. it. Weſtrog. 175. Art. Gen. 71. Syn. 99. Spec. 103.
R. ordine aculeorum unguiformium unico in dorſo et cauda. Bloch. Piſc. Germ. 3. p. 65. t. 83.
*Raja clavata.* Will. icth. 74.
*Thornback.* Penn. Britt. Zool. 3. p. 93. t. 11. 12.
*Suecis* Rocka.

Habitat in mari occidentali frequens. Piſcatura *it. Weſtr.*

## S Q U A L U S.

*Spiracula* V ad latera colli.
*Corpus* oblongum teretiuſculum aſperum.
*Os* in anteriore capitis parte ſubtus.
*Naſus* inermis.

7.



7. Squalus *Acanthias* pinna anali nulla, dorſalibus ſpinoſis, corpore teretiuſculo. L. S. N. XII. T. I. p. 397.
S. *Acanthias* pinna ani nulla, corpore teretiuſculo. Fn. Su. 295. It. Weſtrog. 174. Art. Gen. 66. Syn. 94. Spec. 102.
*Squalus* corpore teretiuſculo, dorſo biaculeato. Bloch. Piſc. Germ. 3. p. 74. t. 85.
*Picked Shark.* Penn. Britt. Zool. 3. p. 100.
*Galeus Acanthias* l. *Spinax.* Will. icht. 56.
*Suecis* Hay. *Scanis* Hå.

Habitat in mari occidentali, raro apud nos tripedalis, etiam in mari Balthico, quamvis rarius, obvius.
*Spinae* ſolitariae ante pinnas dorſales. *Nares* ſub roſtro producto. *Color* cinereo-fuſcus, ſubtus albidus.

8. Squalus *Spinax*, pinna anali nulla, dorſalibus ſpinoſis, naribus terminalibus. L. S. N. XII. T. I. p. 398. Fn. Su. 296.
*Squalus* pinna ani carens, naribus in extremo roſtro. Art. Gen. 67. Syn. 95.
*Sort-Haaen.* Gunner. Act. Nidroſ. 2. p. 513. t. 7. 8.
*Galeus Acanthias* l. *Spinax fuſcus.* Will. icht. 57.
*Suecis* Swart Hay.

Habitat in mari occidentali, praecedente rarior.
*Spinae* ſolitariae ante pinnas dorſales. Parvus, dorſo cineraſcente, ſubtus ater: junior ſubvilloſus.

9. Squalus *Canicula* ſupra rufeſcens maculis crebris nigricantibus, ſubtus pallidus immaculatus, primis ventralibus maris usque ad apicem concretis.
*Squalus Canicula* varius inermis, pinna ani medio inter anum caudamque pinnatam. L. S. N. XII. T. I. p. 399.

U *Squalus*

*Squalus* dorſo vario pinnis ventralibus concretis. Art. Gen. 69. Syn. 97. *mas.*

*Squalus* ex rufo varius, pinna ani medio inter anum et caudam pinnatam. Art. Gen. 68. Syn. 97. *foem.*

*Squalus* (Catulus) varius pinnis ventralibus concretis. Bloch. Piſc. extr. 1. p. 21. t. 114.

*Leſſer ſpotted Shark.* Penn. Britt. Zool. 3. p. 115. t. 15.

Habitat in mari occidentali. Phyſiogr. Sällſk. Handl. 1. p. 311.

In juniore piſce maculae rufae, dein fuſcae, in adulto nigricantes unicolores, nec ut in *ſtellari* (*Canicula Bloch.* t. 112.) in medio diſcolores.

Cum *Catulo Linn.* a variis confunditur.

10. Squalus *Carcharias*, dorſo plano, dentibus ſerratis. L. S. N. XII. T. I. p. 400. Fabr. Fn. Groenl. 89.

*Squalus* dorſo plano, dentibus plurimis ad latera ſerratis. Art. Gen. 70. Syn. 98.

*Squalus caninus.* Oſb. it. Chin. p. 78.

*Squalus* corpore cinereo, dorſo lato. Bloch. Piſc. extr. 1. p. 33. t. 119.

*White Shark.* Penn. Britt. Zool. 3. p. 106.

*Haa-Skierdingen.* Gunn. Act. Nidr. 2. p. 350. t. 10. 11.

Habitat in mari occidentali.

11. Squalus *glaucus* dentibus maxillae ſuperioris margine ſerrulatis, inferioris integris, foraminibus nullis ad oculos, corpore coeruleſcente.

*Squ. glaucus* foſſula triangulari in extremo dorſi, foraminibus nullis ad oculos. L. S. N. XII. T. I. p. 401. Art. Gen. 69. Syn. 98.

*Squalus* abſque foraminibus ad oculos. Bloch. Piſc. Germ. 3. p. 78. t. 86.

*Blue Shark.* Penn. Britt. Zool. 3. p. 109.

*Galeus glaucus.* Will. icht. 49.

*Squalus*



*Squalus Aſcenſionis.* Oſb. it. Chin. p. 294.

*Haabrandunge.* Gunn. Act. Nidr. 4. p. 1. T. I. an?

*Suecis* Blå Hay.

Habitat in mari occidentali, in Balthico rarior.

*Haa-Mär, Squalus glaucus.* Ström. Nov. Act. Nidroſ. 2. p. 344. c. icone et Ol. Olavii it. Island. p. 559. tab. VI. eſt *Beaumaris Shark.* Penn. Britt. Zool. 3. p. 118. t. 17.

## P R I S T I S.

*Spiracula* V. ad latera Colli.

*Corpus* oblongum teretiuſculum.

*Os* in anteriore capitis parte ſubtus.

*Roſtrum* elongatum, planum utrinque dentibus inſtructum.

12. Pristis *antiquorum* roſtro ſpinis validis utrinque 18—24. *Latham* Transact. Soc. Linn. 2. p. 276. t. 26. f. 1.

*Squalus Priſtis* pinna ani nulla, roſtro enſiformi oſſeo plano utrinque dentato. L. S. N. XII. T. I. p. 401.

*Squalus Priſtis* roſtro enſiformi oſſeo plano utrinque dentato. Fn. Su. 297.

*Squalus* roſtro longo cuſpidato oſſeo plano utrinque dentato. Art. Gen. 66. Syn. 93.

*Squalus* roſtro ſerrato. Bloch. Piſc. extr. 1. p. 41. t. 120.

*Priſtis* l. Serra Piſcis. Will. ichth. 61.

*Suecis* Sågfisk.

Habitat in occidentali mari raro.

Haud inepte a Squali genere ſeparavit D. Latham Priſtis genus, cujus quinque etiam l. c. deſcripſit ſpecies.

## CHIMAERA.

*Spiracula* ſolitaria quadripartita ſub collo.

*Oris* labium ſuperius quinquepartitum.

*Dentes* primores inciſores bini ſupra et infra.

13. Chimaera *monſtroſa* roſtro ſubtus plicis pertuſis. L. S. N. XII. T. I. p. 401. Fn. Su. 294. Muſ. Ad. Fridr. p. 55. t. 25. Aſcan. icon. t. 15.

*Chimaera* cauda filiformi. Bloch. Piſc. extr. 1. p. 61. t. 124.

*Hav-Katten.* Gunn. Act. Nidroſ. 2. p. 270. t. 5. 6.

*Suecis* Hafs-Spöke, Hafs-Rotta.

Habitat in mari occidentali.

## LOPHIUS.

*Spiracula* ſolitaria pone brachia.

*Dentes* plurimi minuti.

*Pinnae* pectorales brachiis inſidentes.

14. Lophius *piſcatorius* depreſſus, capite rotundato. L. S. N. XII. T. I. p. 402. Fn. Su. 298.

α. *cirrhis* labii inferioris ſimplicibus.

*L.* ore cirrhoſo. Art. Gen. 65. Syn. 87. Linn. It. Scan. p. 327.

*Lophius* capite corpore latiore. Bloch. Piſc. Germ. 1. p. 82. t. 87.

*Common Angler.* Penn. Britt. Zool. 3. p. 120. t. 18.

*Steen-Ulk.* Pontopp. Norg. N. H. 2. p. 246. c. fig.

β. *cirrhis* labii inferioris trifidis.

*L. barbatus* depreſſus, maxilla inferiore barbata. *Montin* Act. R. Ac. Suec. 1779. p. 195. t. 7. f. 1.

Habitat in mari occidentali.

ACI-



## ACIPENSER.

*Spiracula* lateralia, ſolitaria, linearia.

*Os* ſub capite, retractile, edentulum.

*Cirrhi* ſub roſtro ante os.

15. Acipenser *Sturio* cirrhis quatuor, ſquamis dorſalibus undecim. L. S. N. XII. T. I. p. 403. Fn. Su. 299. Muſ. Ad. Fr. p. 54. t. 18. f. 2.

*Acipenſer* corpore tuberculis ſpinoſis aſpero. Art. Gen. 65. Syn. 91.

*Acipenſer* ſcutorum ordinibus quinque ad corpus aſperum. Bloch. Piſc. Germ. 3. p. 89. t. 88.

*Sturgeon.* Penn. Britt. Zool. 3. p. 124. t. 19. f. 53.

*Sturio.* Will. icht. 239.

*Suecis* Stör.

Habitat in mari Balthico et occidentali.

16. Acipenser *ruthenus* cirrhis quatuor, ſquamis dorſalibus quindecim. L. S. N. XII. T. I. p. 403. Fn. Su. 300. Muſ. Ad. Fr. p. 54. t. 27. f. 2. t. 28. f. 1.

*Acipenſer* ordinibus ſcutorum tribus. Bloch. Piſc. Germ. 3. p. 98. t. 89.

*Suecis* Sterlett.

Habitat in mari Balthico ad littora Livoniae. In lacu Maelaren olim plantatus.

Ordines oſſiculorum in cute quinque ſunt; ſed medius tantum ordo, qui XV circiter oſſiculis conſtat, anguloſus eſt; cujus nimirum ſingula ſquama ephippium forma refert, per medium dorſum ſecundum totam longitudinem in proceſſum tenuem et ſecantem aſſurgens, poſterius adunco fine terminata. *Lateralia oſſicula* ut et *ventralia* rhomboidea et fere plana ſunt. Quilibet ordo laterum LX prope oſſicula continet, ventralium ſinguli X et XI. I. G. Gmelin.

TETRO-

## TETRODON.

*Maxillae* oſſeae porrectae.
*Apertura* ſolitaria.
*Pinnae* ventrales nullae.

17. Tetrodon *Mola* inermis, aſper, compreſſus, rotundatus, pinna caudali breviſſima rotundata pinnisque dorſali et anali connexis, ſpiraculis ovalibus. N. Act. R. Ac. Suec. 1785. p. 115. t. 4.

*Oſtracion* cathetoplateus, ſubrotundus, inermis, aſper, pinnis pectoralibus horizontalibus, foraminibus quatuor in capite. Art. Gen. 61. Syn. 83.

*Mola* Monti: Act. Bonon. 2. p. 2. pag. 297. t. 3. f. 1.

*Klumpfiſch.* Hamb. Mag. V. 18. p. 1. f. 1.

*Diodon* corpore lato, cauda truncata. Bloch. Piſc. extr. 1. p. 75. t. 128.

*Short Diodon.* Penn. Britt. Zool. 3. p. 129. t. 19.

*Orthragoriſcus* l. Luna Piſcis. Geſh. Hiſt. Anim. p. 640.

Habitat in mari occidentali, etiam in freto Öreſund captus.

Characteri Linneano haud bene reſpondent maxillae, quum ſuperior leviter bifida, inferior integra, haud male cum *Tetrodonte truncato* ſingulare genus conſtitueret, at illum examinare non licuit.





## 3. ENCHELARES.

## OPHICHTHUS.

*Nares* tubuloſae.
*Membrana Branchioſtega* radiis X.
*Spiracula* ſolitaria ante pinnas pectorales.
*Pinnae* pectorales.
*Corpus* teretiuſculum, lubricum.

18. Ophichthus *Anguilla*, maxilla inferiore longiore, corpore ſupra lineam lateralem nigreſcente, infra exalbido, pinna caudae obtuſa rotundata.

*O. Anguilla*, cauda pinnata, corpore compreſſiuſculo unicolore. Thunb. Diſſ. p. 11.

*Muraena Anguilla*, maxilla inferiore longiore, corpore unicolore. L. S. N. XII. T. I. p. 426. Fn. Su. 301.

*Muraena Anguilla* corpore immaculato, maxilla inferiore longiore. Bloch. Piſc. Germ. 3. p. 4. t. 73.

*Muraena* unicolor, maxilla inferiore longiore Art. Gen. 24. Syn. 39. Spec. 66.

*Common Eel.* Penn. Britt. Zool. 3. p. 142.

*Anguilla.* Will. icht. 109.

*Suecis* Ål.

Habitat in fluviis et lacubus vulgaris, etiam in mari Balthico. Nocturnus, viviparus, extra aquam diutius quam reliqui Piſces Suecici vivens.

Nec unicolor neque immaculatus recte dicitur.

## SYNGNATHUS.

*Roſtrum* ſubcylindricum, ore maxilla inferiore operculato.
*Apertura Branchiarum* operculis clauſis, nucha foraminibus ſpirans.
*Corpus* cataphractum.
*Pinnae* ventrales nullae.

19. Syngnathus *Typhle*, pinnis caudae, ani pectoralibusque radiatis, corpore ſexangulato. L. S. N. XII. T. I. p. 416. Fn. Su. 377.

*Syngnathus* corpore medio hexagono, cauda pinnata. Art. Gen. 1. Syn. 1. Spec. 3.

*Syngnathus* corpore hexagono anoque pinnato. Bloch. Piſc. Germ. 3. p. 112. t. 91. f. 1.

*Longer Pipe*. Penn. Britt. Zool. 3. p. 140. t. 23. f. 60. 1.

*Acus Ariſtotelis*. Willugb. icht. 158.

Habitat in utroque mari.

*Nob*. Pennant in ſpecimine foeminco exilem ani pinnam non obſervavit.

20. Syngnathus *Acus* pinnis caudae, ani, pectoralibusque radiatis, corpore ſeptemangulato. L. S. N. XII. T. I. p. 416. Fn. Su. 376.

*Syngnathus* corpore medio heptagono, cauda pinnata. Art. Gen. 1. Syn. 2. Spec. 2. Bloch. Piſc. Germ. 3. p. 313. t. 91. f. 2.

*Shorter Pipe*. Penn. Britt. Zool. 3. p. 340. t. 23. f. 60. 1. inf.

*Acus Ariſtotelis* ſpecies altera major. Willugb. icht. 159.

*Suecis* Kantmål.

Habitat in utroque mari.

21. Syngnathus *Ophidion* pinnis caudae, ani, pectoralibusque nullis, corpore tereti. L. S. N. XII. T. I. p. 417. Fn. Su. 375.

*Syngnathus* teres pinnis pectoralibus caudaeque carens. Art. Gen. 1. Syn. 2. Spec. 1.

*Syngnathus* corpore tereti. Bloch. Piſc. Germ. 3. p. 215. t. 91. f. 3.

*Little*



*Little Pipe*. Penn. Britt. Zool. 3. p. 141. t. 23. f. 62. male.

*Acus lumbriciformis* l. ſerpentinus. Willugb. icht. 160.

*Suecis* Haſnal. *Hallandis* Tångſnipa.

Habitat cum praecedentibus.

## CALLIONYMUS.

*Caput* labio ſuperiore duplicato.

*Oculi* approximati.

*Membrana Branchioſtega* radiis VI.

*Apertura nuchae* foraminibus reſpirante. *Opercula* clauſa.

*Corpus* nudum. *Pinnae Ventrales* ramoſiſſimae.

22. Callionymus *Lyra* pinnae dorſalis prioris radiis longitudine corporis. L. S. N. XII. T. I. p. 433. Fn. Su. 304. Müll. Zool. Dan. Faſc. I. p. 27. t. 27.

*Callionymus* radiis in prima pinna dorſali longiſſimis. Bloch. Piſc. extr. 2. p. 79. t. 161.

*Cottus* oſſiculis pinnae dorſalis longitudine corporis. Gronov. Act. Upſ. 1740. p. 128. t. 8.

*Gemmeous Dragonet*. Penn. Britt. Zool. 3. p. 164. t. 27. f. 69.

Habitat in mari occidentali, fretum Öreſund nonnunquam intrans.

23. Callionymus *Dracunculus* pinna dorſali priore nigra, radio utriusque primo aequali. Müll. Zool. Dan. I. p. 20. t. 20. Leske Handb. 1. t. 8. f. 3.

*C. Dracunculus* dorſalis prioris pinnae radiis corpore brevioribus. L. S. N. XII. T. I. p. 434. *Ström*. Nov. Act. Nidroſ. 1. p. 149.

*Callionymus* radiis quatuor in prima pinna dorſali brevibus. Bloch. Piſc. extr. 2. p. 84. t. 16. f. 2.

*Urano-*

*Uranoſcopus* oſſiculo primo pinnae primae dorſalis unciali. Gronov. Act. Helv. 4. p. 260.

*Sordid Dragonet.* Penn. Britt. Zool. 3. p. 167. t. 28. f. 70.

Habitat in mari Norvegico, et occidentali rarius.

Sub una ſpecie *Call. Dracunculi Linn.* plures forte latere ſat bene in Zoologiae Danicae editione Danica demonſtravit *beat.* Müller, ubi ſynonyma ſcrupuloſe extricavit.

## 3. APODES.

### AMMODYTES.

*Caput* compreſſum, corpore anguſtius.

*Labium ſuperius* duplicatum, *mandibula inferior* anguſta acuminata.

*Dentes* aceroſi.

*Membrana branchioſtega* radiis VII.

*Corpus* teretiuſculum, ſquamis vix conſpicuis, pellucidum, *cauda* diſtincta.

24. Ammodytes *Tobianus.* L. S. N. XII. T. I. p. 430. Fn. Su. 302. It. Scan. 142. It. Oel. 87. Art. Gen. 16. Syn. 29. Spec. 55.

*Ammodytes* maxilla inferiore acuminata. Bloch. Piſc. Germ. 3. p. 24. t. 75. f. 2.

*Clupea* tenuis longa argentea etc. Olafs et Pov. it. Isl. p. 587. t. X. f. 14. 15.

*Launce.* Penn. Britt. Zool. 3. p. 156. t. 25. f. 66.

*Ammodytes Geſneri.* Willugb. icht. 13.

*Suecis* Tobis.

Habitat ad littora Scaniae vadoſa, arenoſa, inprimis ubi ſcaturiginibus aquae dulcis ſub marina aqua abundant, ibique caput in arena occultat corpore in ſpiram repoſito; copioſius ad Cimbrishamn, etiam ad auſtralem Oelandiae angulum.



*Varietas* pedalis et pollicis craſſitie rara *Tobiduns, Rex Tobianorum* dicitur.

### ANARHICAS.

*Caput* obtuſum.

*Dentes primores* ſupra infraque conici divergentes VI pluresve,

*molares* inferiores palatique rotundati.

*Membrana branchioſtega* radiis VI.

*Corpus* teretiuſculum. *Pinna Caudae* diſtincta.

25. Anarhicas *Lupus.* L. S. N. XII. T. I. p. 430. Art. Gen. 23. Syn. 38. Aſcan. icon. t. 25.

*A. Lupus* non maculatus. Müll. Prodr. Zool. Dan. 532.

*A. Lupus* major, dentibus ſolidis obtuſioribus. Fabr. Fn. Groenl. p. 138.

*Anarhicas* dentibus oſſeis. Bloch. Piſc. Germ. 3. p. 19. t. 74.

*Steenbider.* Pontopp. Norig. Nat. H. 2. p. 243. c. fig.

Ravenous *Wolf-fiſh.* Penn. Britt. Zool. 3. p. 157.

*Suecis.* Haf-katt, Sjöwarg.

Habitat in mari occidentali. Piſcatores ſuperſtitioſi raro niſi capite orbatum piſcem domi advehunt.

*Obs.* icon. *Pennanti* l. c. tab. 24. et *Olafs et Povelſ.* it. Island. tab. 42. ad *Anarhicam minorem* Fabr. pertinent, modo diverſa ſit ſpecies; nec diverſas puto ſpecies *A. ſtrigoſus et pantherinus* Gmel.

OPHI-

## OPHIDION

*Caput* nudiuſculum.

*Dentes* in maxillis, palato, faucibus.

*Corpus* enſiforme.

26. Ophidion *imberbe* maxillis imberbibus, cauda obtuſiuſcula. L. S. N. XII. T. I. p. 431. Fn. Su. 319.
*Ophidion* cirrhis carens. Art. Gen. 24. Syn. 42.
*Beardleſs Ophidium.* Penn. Britt. Zool. 3. p. 398. 4. t. 93.
*Ophidion* alterum flavum et imberbe. Will. icht. 113.
Habitat in mari Balthico et occidentali, ſaepe intra teſtas oſtrearum repertum.

Facies Muraenae. *M. Branch.* V. *P. Dorſi* LXXIX a capite ad caudam extenſa, maculis aliquot nigris, margine albidis, aequali ſpatio remotis, aculeatis. *P. Pect.* XI. *P. Ani* XLI. *Caudae* circiter XVIII. vel XX. Gronovius vero numeravit in *P. Dorſi* CXLVII. *Pect.* XXVI. *Ani* CI. num idem Piſcis?

## XIPHIAS.

*Os* edentulum. *Maxilla ſuperior* terminatum roſtro enſiformi.

*Membrana Branchioſtega* radiis VII.

*Corpus* teretiuſculum, alepidotum.

27. Xiphias *Gladius* L. S. N. XII. T. I. p. 432. Fn. Su. 303. Act. Ac. R. Suec. 1770. p. 5. t. 2. 1771. p. 115. t. 5. Art. Gen. 30. Syn. 47.
*Xiphias* pinna dorſi in medio humili. Bloch. Piſc. Germ. 3. p. 28. t. 76.
*Sicilian Swordfiſh.* Penn. Britt. Zool. 3. p. 160. t. 26. f. 68.
*Suecis* Swärdfisk.
Habitat in mari Balthico et occidentali.

4. IU-



# 4. IUGULARES.

## Trachinus.

*Caput* compreſſum, aſperum.

*Membrana Branchioſtega* radiis VI.

*Operculorum* lamina inferior ſerrata.

*Anus* prope pectus.

28. Trachinus *Draco*. L. S. N. XII. T. I. p. 435. Fn. Su. 305. It. Scan. 325.
*Trachinus* maxilla inferiore longiore cirrhis deſtituta. Art. Gen. 42. Syn. 70. *Gronov.* Act. Upſ. 1742. p. 95.
*Trachinus* maxilla inferiore longiore, radiis quinque in pinna dorſali prima. Bloch. Piſc. Germ. 2. p. 151. t. 61.
*Common Weawer.* Penn. Britt. Zool. 3. p. 169. t. 28. f. 71.
*Draco* l. *Araneus* Plinii. Will. icht. 288.
*Suecis* Färſing, Fiöſing.
Habitat in mari occidentali.

Aculei Pinnae dorſalis peſſime quidem pungunt, at venenati non ſunt.

## GADUS.

*Caput* laeve.

*Membrana Branchioſtega* radiis VII teretibus.

*Corpus* oblongum.

*Pinnae* omnes cute communi veſtitae, muticae: dorſales et anales plures.
. . . *ventrales* in acumen attenuatae.

* *Dorſo tripterygio, ore cirrato.*

29. Gadus *aeglefinus* tripterygius, cirratus, albicans, cauda biloba, maxilla ſuperiore longiore. L. S. N. XII. T. I. p. 435. Fn. Su. 306. it. Scan. 325.

*Gadus*

*Gadus* dorſo tripterygio, ore cirrato, corpore albicante, maxilla ſuperiore longiore, cauda parum bifurca. Art. Gen. 20. Syn. 56.

*Gadus* cirratus, albicans, maxilla ſuperiore longiore, cauda parum bifida. Art. Spec. 64.

*Gadus* cirro unico, linea laterali nigra. Bloch. Piſc. Germ. 2. p. 138. t. 62.

*Hadock.* Penn. Britt. Zool. 3. p. 179.

*Onos* l. *Aſinus* antiquorum. Will. icht. 170.

*Suecis* Kolja.

Habitat in mari occidentali.

*Linea lateralis* fuſca et *macula* fuſca pone ſupraque pinnas pectorales.

30. Gadus *Callarias* tripterygius cirratus varius, cauda integra, maxilla ſuperiore longiore. L. S. N. XII. T. I. p. 436. Fn. Su. 307. it. Scan. 220. it. Oel. 87.

*Gadus* dorſo tripterygio, ore cirrato, colore vario, maxilla ſuperiore longiore, cauda aequali. Art. Gen. 20. Syn. 25. Spec. 63.

*Gadus* linea laterali lata, curva maculataque. Bloch. Piſc. Germ. 2. p. 142. t. 63.

*Aſellus varius* vel ſtriatus. Will. icht. 172.

*Suecis* Torſk.

Habitat in mari Balthico et occidentali.

*Dorſum* cinereum ſaepe nigrum maculis obſcurioribus crebris. *Abdomen* albidum punctis minimis nigris. Ex hoc parant Norwegi *Rundfiſk*, *Rotſkär*, *Klippfiſk*, etiam *Raf* et *Rekling*. Act. R. Ac. Suec. 1770. p. 312.

31. Gadus *Morrhua* tripterygius cirratus, cauda ſubaequali, radio primo anali ſpinoſo. L. S. N. XII. T. I. p. 436. Fn. Su. 308. it. Weſtrog. 176.

*Gadus* dorſo tripterygio, ore cirrato, cauda aequali fere, cum radio primo ſpinoſo. Art. Syn. 35.

*Gadus*



*Gadus* ſquamis majoribus. Bloch. Piſc. Germ. 2. p. 145. t. 64.

*Common Codfiſh.* Penn. Britt. Zool. 3. p. 172.

*Aſellus major vulgaris.* Will. icht. 165.

*Suecis* Kabbeljå, Kablå.

Habitat in mari occidentali.

Ex hoc *Laberdan*, *Klippfiſk*, *Stockfiſk* et ex minoribus *Rotſkär*, nec non ex veſica aerea *Islänſk Husbläs* vel Ichthyocollam islandicam parant.

32. Gadus *barbatus* tripterygius cirratus, maxilla inferiore punctis utrinque ſeptem. L. S. N. XII. T. I. p. 437. Fn. Su. 311. it. Weſtrog. 177.

*Gadus* dorſo tripterygio, ore cirrato, longitudine ad latitudinem tripla, pinna ani prima oſſiculorum triginta. Art. Gen. 21. Syn. 37. Spec. 65.

*Gadus* linea excavata pone caput. It. Weſtrog. 178.

*Gadus* corpore lato. Bloch. Piſc. extr. 2. p. 105. t. 166.

*Pout.* Penn. Britt. Zool. 3. p. 183.

*Aſellus mollis, latus.* Will. ichth. app. p. 22.

*Suecis* Torsk, Småtorſk.

Habitat in mari occidentali.

Etiam ex hoc *Rotſkaer* praeparant Norwegi.

33. Gadus *minutus* tripterygius cirratus, ano in medio corporis. L. S. N. XII. T. I. p. 438.

*Gadus* dorſo tripterygio, ore cirrato, corpore ſexunciali, ano in medio corporis. Art. Gen. 21. Syn. 36.

*Gadus* abdomine intus nigro. Bloch. Piſc. Germ. 2. p. 167. t. 67. f. 1.

*Poor.* Penn. Britt. Zool. 3. p. 185. t. 30. f. 77.

Habitat in mari Balthico et occidentali rarus admodum.

** *Dorſo*

** *Dorſo tripterygio, ore imberbi.*

34. Gadus *virens* tripterygius imberbis, dorſo vireſcente, cauda bifurca. L. S. N. XII. T. I. p. 438. Fn. Su. 309.

*Gadus* dorſo tripterygio, ore imberbi, dorſo vireſcente. *Gronov.* Act. Upſ. 1742. p. 96.

*Green Cod.* Penn. Britt. Zool 2. app. pag. ult.

*Suecis* Sey, Gråſey, Gråſida *Piſcatoribus ad Kullen Scaniae* Siſiker, *minor* Gråſik.

Habitat in mari occidentali.

Piſcis longit. 7 poll. ad 3 pedes et ultra, glaber, dorſo nigro-vireſcente, totus praeterea albo-argenteus, mollis et pinguis. Squamulae minutiſſimae.

*P. D.* I. 13. II. 20. III. 19. *A.* I. 24. II. 20. *V.* 5. *P.* 17. *C.* ultra 40.

35. Gadus *Merlangus* tripterygius, imberbis, albus, maxilla ſuperiore longiore. L. S. N. XII. T. I. p. 432. Fn. Su. 310. it. Scan. 326. t. 2. f. 2. it. Weſtrog. 176. Art. Gen. 19. Syn. 34. Spec. 62.

*Gadus* corpore albo, ore imberbi, maxilla ſuperiore longiore. Bloch. Piſc. Germ. 2. p. 161. t. 65.

*Whiting.* Penn. Britt. Zool. 3. p. 190.

*Aſellus mollis major* l. albus. Will. ichth. 170.

*Suecis* Witling.

Habitat in mari occidentali et Balthico non minus quam in freto Öreſund.

36. Gadus *Carbonarius* tripterygius, imberbis, maxilla inferiore longiore, linea laterali recta. L. S. N. XII. T. I. p. 438. Art. Gen. 20. Syn. 34.

*Gadus* ore nigro, linea laterali alba rectaque. Bloch. Piſc. Germ. 2. p. 164. t. 66.

*Coalfiſh.*



*Coalfiſh.* Penn. Britt. Zool. 3. p. 186. t. 31. f. 78.

*Aſellus niger.* Will. ichth. 168.

Habitat in mari occidentali.

37. Gadus *Pollachius* tripterygius imberbis, maxilla inferiore longiore, linea laterali curva. L. S. N. XII. T. I. p. 439. Fn. Su. 311. Art. Gen. 20. Syn. 35. It. Weſtrog. 177. Aſcan. icon. t. 21. 22.

*Gadus* dorſo tripterygio, linea laterali curva, maxilla inferiore longiore. Bloch. Piſc. Germ. 2. p. 171. t. 68.

*Lerbleking. Osbeck:* Act. R. Ac. Suec. 1767. p. 245. t. 7.

*Pollack.* Penn. Britt. Zool. 3. p. 188.

*Aſellus Huitingo-Pollachius.* Will. ichth. 167.

*Suecis* Lyrblek, *Hallandis* Lerbleking. *Scanis* Blankſey.

Habitat in mari occidentali.

*Dorſum* maculis parvis nigris.

*** *Dorſo dipterygio.*

38. Gadus *Merluccius* dipterygius, imberbis, maxilla inferiore longiore. L. S. N. XII. T. I. p. 439. Fn. Su. 314.

*Gadus* dorſo dipterygio, maxilla inferiore longiore. Art. Gen. 22. Syn. 36.

*Gadus* dipterygius, ore imberbi. Bloch. Piſc. extr. 2. p. 94. t. 164.

*Hake.* Penn. Britt. Zool. 3. p. 191.

*Aſellus primus* l. Merluccius. Will. ichth. 174.

*Suecis* Lyſing.

Habitat in mari occidentali.

*Cauda* fere integra, *Pinnae Dorſalis* ſecundae pars poſterior altior radiis XV. *Pinnae ani* pars poſterior altior radiis XXIII. *Linea lateralis* recta.

 39.

39. Gadus *Molva* dipterygius, cirratus, maxilla ſuperiore longiore. L. S. N. XII. T. I. p. 439. Fn. Su. 313. It. Weſtrog. 177.

*Gadus* dorſo dipterygio ore cirrato, maxilla ſuperiore longiore. Art. Gen. 22. Syn. 36.

*Gadus* dorſo dipterygio, maxilla ſuperiore longiore. Bloch. Piſc. Germ. 2. p. 174. t. 69.

*Ling.* Penn. Britt. Zool. 3. p. 197.

*Aſellus longus.* Will. ichth. 175.

*Suecis* Långa.

Habitat in mari occidentali.

*Faſciolae* utrinque ad lineam lateralem rectam. *Cauda* rotundata.

Ex hoc *Spillånga*, *Klippånga*, *Saltlånga*, etiam *Laberdan* vel *Cabeljå*.

40. Gadus *Lota* dipterygius, cirratus, maxillis aequalibus. L. S. N. XII. T. I. p. 440. Fn. Su. 315.

*Gadus* dorſo dipterygio, ore cirrato, maxillis aequalibus. Art. Gen. 22. Syn. 38.

*Silurus* cirro unico in mento. Art. Syn. 111. Spec. 107.

*Gadus* dipterygius, maxillis aequalibus. Bloch. Piſc. Germ. 2. p. 177. t. 70. Berl. Geſellſch. Schrift. 1. p. 265.

*Burbot.* Penn. Britt. Zool. 3. p. 199.

*Muſtela fluviatilis.* Will. ichth. 125.

*Suecis* Lake.

Habitat in aquis dulcibus Sueciae vulgaris, in Lacu Siljan Dalecarliae maximus et praeſtantiſſimus, in lacu Wenern copioſiſſimus, in Scaniae lacubus parvus. *Leslake* dicitur qui fundum inhabitat, *Stenlake* qui planiores ſinus. Fischerström.

Variegatus et maculatus. *Cauda* ſubrhombea.





41. Gadus *Muſtela* dipterygius, cirratus, cirris quinque, pinna dorſali priore exoleta. L. S. N. XII. T. I. p. 440.

*Gadus Muſtela* cirris quatuor. *Struſſenfeldt*: Act. R. Ac. Suec. 1773. p. 24. t. 2. f. B.

*Gadus* dorſo dipterygio, ſulco ad pinnam dorſi primam. Art. Gen. 22. Syn. 37.

*Gadus* cirris tribus. Bloch. Piſc. extr. 2. p. 100. t. 165.

*Threebearded Cod.* Penn. Britt. Zool. 3. p. 201. t. 33. f. 87.

Habitat in mari occidentali.

Variegatus et maculoſus. *Linea lateralis* pone pinnas pectorales decurva, dein recta. Variat numero cirrorum.

42. Gadus *cimbrius* dipterygius, cirratus, cirris quatuor, pinna dorſali priore exoleta (radio primo haſtato?) L. S. N. XII. T. I. p. 440.

*Gadus cimbrius.* *Struſſenfeldt*: Act. R. Ac. Suec. 1773. p. 22. t. 2. f. A.

*Gadus* dorſo dipterygio, ſulco ad pinnam dorſi primam, ore cirrato. *Gronov.* Act. Upſ. 1742. p. 93. t. 3. f.

*Fivebearded Cod.* Penn. Britt. Zool. 3. p. 202. t. 33. f. 88.

Habitat in mari occidentali.

Immaculatus, *linea lateralis* recta. Radius primus haſtatus character problematicus. Cirrorum numerus inconſtans etiam in hoc.

**** *Dorſo monopterygio.*

43. Gadus *Broſme* monopterygius, pinnis ventralibus parvis quinqueradiatis, cirro labii inferioris.

*Gadus Broſme* monopterygius, ore cirroſo, cauda ovali acuta. Müll. Prodr. Zool. Dan. 341. Ström. Söndm. I. 272. t. f. 19.

*Gadus Lub.* Euphraſen: N. Act. R. Ac. Su. 1794. p. 223. t. 8.

*Torſk.* Penn. Britt. Zool. 3. p. 203. t. 34.

*Broſme.* Pontopp. Norg. N. H. 2. p. 178.

*Keila.* Ol. et Pov. it. Isl. 1. p. 358. t. 27.

*Gothoburgenſibus* Lub.

Habitat in maris occidentalis ſuperiore parte.

Piſcis bipedalis et ultra, cineraſcens, abdomine albido. *Pinna dorſi* margine alba, ſub hoc faſcia nigra, *Ani* margine nigra. *Caudae* rotundata faſcia nigra, margine albo.

## BLENNIUS.

*Caput* declive.
*Membrana Branchioſtega* radiis VI.
*Corpus* lanceolatum.
*Pinnae Ventrales* didactylae muticae.
. . . *Ani* diſtincta.

44. Blennius *Gunnellus* pinna dorſali ocellis decem nigris. L. S. N. XII. T. I. p. 443. Fn. Su. 318. Olav. Schag. beſkr. T. 3. f. 1.

*Blennius* maculis circiter decem nigris, limbo albo, utrinque ad pinnam dorſalem. Art. Gen. 27. Syn. 45.

*Blennius* ocellis plurimis in pinna dorſali. Bloch. Piſc. Germ. 2. p. 186. t. 65. f. 1.

*Spotted Blenny.* Penn. Britt. Zool. 3. p. 210. t. 35. f. 93.

*Gunellus.* Will. ichth. 115.

Habitat in utroque mari.

Radii pinnae dorſalis rigidi pungentes.





45. Blennius *viviparus* pinna dorſali, caudali analique unitis, naribus tubuloſis.

*Bl. viviparus* ore tentaculis duobus. L. S. N. XII. T. I. p. 443. Fn. Su. 317. Muſ. Ad. Frider. p. 69. t. 32.

*Bl. viviparus* imberbis, pinna anali caudalique unitis aurantiis. Müll. Zool. Dan. 2. p. 22. t. 57.

*Bl.* naribus tubuloſis. Bloch. Piſc. Germ. 2. p. 188. t. 72.

*Bl.* capite dorſoque fuſco-flaveſcente lituris nigris pinna ani flava. Art. Syn. 45. Gronov. Act. Upſ. 1742. p. 87.

*Tånglake.* Act. R. Ac. Suec. 1748. p. 37. t. 2.

*Viviparous Blenny.* Penn. Britt. Zool. 3. p. 27. t. 37. f. 94.

*Muſtela vivipara.* Will. ichth. 122.

*Suecis.* Tånglake, Alkuſa.

Habitat in mari occidentali et Balthico, in ſinu Bothnico frequens.

Piſcis rejectus. *Oſſa viridia* in tenebris lucent. *Pinna dorſalis* juxta caudam quaſi abrupta.

46. Blennius *raninus* pinnis ventralibus ſubſexfidis, cirro gulari. L. S. N. XII. T. I. p. 444. Fn. Su. 316.

*Gadus raninus* dipterygius cirratus, pinnis ventralibus bifetis. Müll. Zool. Dan. 2. p. 6. t. 45. *Brünn.* Act. Soc. Hafn. XII. p. 291. tab.

*Blennius raninus* et *fuſcus.* Prodr. Zool. Dan. p. 43.

Habitat (in mari Ström, Brunniche, Müller) in lacubus Sueciae auſtralis, ingruente tempeſtate littora petens, quo recedunt reliqui piſces, plerisque deteſtabilis nec eſculentus piſcis. à Linné.

Medius quaſi inter Gados et Blennios, huc propter formam corporis, pinnam dorſi, ani et caudae ac radios binos elongatos pinnarum Ventralium relatus. Pinnam priorem dorſalem minutam, quam pingit Broussonet, reliqui non habent. Num binae ſpecies?

## 5. THORACICI.

### GOBIUS.

*Caput* poris duobus inter oculos approximatos, altero anteriore.
*Membrana Branchioſtega* radiis IV.
*Pinnae ventrales* unitae in ovatum.

47. Gobius *Ruthenſparri* pinna dorſali ſecunda radiis octo, macula nigra utrinque ad baſin caudae. *Euphraſen:* N. Act. R. Ac. Suec. 1786. p. 64. t. 5. f. 1.
Habitat in mari occidentali, uncialis piſciculus.

48. Gobius *niger* pinna dorſali ſecunda radiis quatuordecim. L. S. N. XII. T. I. p. 449. Muſ. Ad. Frid. 2. p. 64.
*Gobius* ex nigricante varius, pinna dorſi ſecunda oſſiculorum 14. Art. Gen. 28. Syn. 46.
*Gobius* ex albo et fuſco varius, pinna dorſali ſecunda radiis XIV. Bloch. Piſc. Germ. 2. p. 5. t. 38. f. 2-5.
*Black Goby*. Penn. Britt. Zool. 3. p. 215. t. 38.
*Apocryptes cantonenſis*. Oſb. it. Chin. 131.
*Gobius niger*. Will. ichth. 206.
Habitat in mari occidentali.

49. Gobius *jozo* radiis dorſalibus eminentibus ſetaceis. L. S. N. XII. T. I. p. 450. Muſ. Ad. Frid. 2. p. 65.





*Gobius* pinna ventrali coerulea, oſſiculis pinnae dorſalis primae ſupra membranam aſſurgentibus. Art. Gen. 29. Syn. 47.
*Gobius* pinnis coeruleis, radiis in pinna dorſali prima eminentibus. Bloch. Piſc. Germ. 3. p. 168. t. 97. f. 3.
*Gobius tertius*. Will. ichth. 207.
Habitat in mari occidentali et Balthico.

### CYCLOPTERUS.

*Caput* obtuſum.
*Dentes* maxillares.
*Membrana Branchioſtega* radiis IV.
*Pinnae Ventrales* in orbiculum connatae.

50. Cyclopterus *Lumpus* corpore ſquamis oſſeis angulato. L. S. N. XII. T. I. p. 414. Fn. Su. p. 320.
*Cyclopterus*. it. Scan. 183. Art. Gen. 62. Syn. 87.
*Cyclopterus* ordinibus tuberculorum ſeptem. Bloch. Piſc. Germ. 3. p. 103. t. 90. Berl. Geſ. Schrift. 1. p. 247.
*Lumpſucker*. Penn. Britt. Zool. 3. p. 133. t. 21. f. 1. 2.
*Rognkal*, *Rogn Kexe*. Pontopp. Norg. N. H. 2. p. 229.
*Lumpus Anglorum*. Will. ichth. 208.
*Suecis* Sjuryggfiſk. *Scanis* mas Stenbit, foemina Quabſo.
Habitat in utroque mari.
Foemina vix edulis.

### COTTUS.

*Caput* corpore latius ſpinoſum.
*Membrana Branchioſtega* radiis VI.
*Dentes* in utraque maxilla.

51. Cottus *cataphractus*, loricatus, roſtro verrucis binis bifidis, capite ſubtus cirroſo. L. S. N. XII. T. I. p. 451. Fn. Su. 324.

*Cottus* cirris plurimis, corpore octagono. Art. Gen. 49. Syn. 77. Spec. 87. Muſ. Ad. Frid. p 70.

*Cottus* corpore octagono. Bloch. Piſc. Germ. 2. p. 15. t. 39. f. 3. 4.

*Armed Bullhead. Pogge.* Penn. Britt. Zool. 3. p. 217. t. 39. f. 98.

*Cataphractus.* Will. ichth. 211.

*Bahuſiis* Bottumus.

Habitat in mari occidentali.

52. Cottus *quadricornis* verrucis capitis quatuor oſſeis L. S. N. XII. T. I. p. 452. Fn. Su. 321.

*Cottus* ſcaber, tuberibus quatuor corniformibus in medio capite. Art. Gen. 48. Syn. 77. Spec. 84. Muſ. Ad. Frid. p. 70. t. 32. f. 4. Syſt. Nat. ed. VI. t. 4. f. 3.

*Cottus* tuberculis quatuor. Bloch. Piſc. Germ. 3. p. 170. t. 108.

*Suecis* Hornſimpa.

Habitat in mari Balthico et occidentali.

Ova ſua incubat, nec deſerit. Singulare apud Piſces phaenomenon.

53. Cottus *Bubalis* capite ſpinoſo ſcabroque bicorni. *Euphraſ.* N. Act. R. Ac. Su. 1786. p. 65. t. 3. f. 2. 3.

*Cottus* capite lateribusque ſpinoſis. *Ström.* Nov. Act. Nidroſ. 1. p. 151.

Habitat in mari occidentali.

54. *Cottus Scorpius* capite ſpinis pluribus, maxilla ſuperiore paulo longiore. L. S. N. XII. T. I. p. 452. Fn. Su. 323.

*Cottus* alepidotus, capite polyacantho, maxilla ſuperiore paulo longiore. Art. Gen. 49. Syn. 77. Spec. 86. Muſ. Ad. Frid. p. 70.

*Cottus*



*Cottus* maxilla ſuperiore longiore, radiis pinnarum pectoralium indiviſis. Bloch. Piſc. Germ. 2. p. 18. t. 40.

*Father Laſher.* Penn. Britt. Zool. 3. p. 218. t. 40.

*Fiſkſympen.* Act. Nidroſ. 2. p. 345. t. 13. 14.

*Scorpaenae Belonii* ſimilis. Will. ichth. 138.

*Suecis* Simpa, Rötſimpa, Skrabba, Skälryta. *Scanis* Ulk. *Gothoburg* Pinulk.

Habitat in utroque mari vulgaris.

55. Cottus *Gobio*, laevis, capite ſpinis duabus L. S. N. XII. T. I. p. 453. Fn. Su. 322.

*Cottus* alepidotus glaber, capite diacantho. Art. Gen. 48. Syn. 76. Spec. 82.

*Cottus* ſpinis curvatis duabus ad utrumque operculum. Bloch. Piſc. Germ. 2. p. 12. t. 39. f. 1. 2.

*River Bullhead.* Penn. Britt. Zool. 3. p. 216. t. 39. f. 97.

*Gobio* fluviatilis capitatus. Will. ichth. 137.

*Suecis* Stenſimpa. *Fahlunenſibus* Staggſimpa.

Habitat in mari Balthico et Fahlunae in rivulis, in fluvio Upſalienſi et alibi.

Piscis *Slaggſimpa*, qui Fahlunae frequens vix differt ab hac ſpecie; eſt enim piſciculo Fahlunenſi *Corpus* 2 digitos longum cindreum faſciis variis fuſcis. *P. D. I.* rad. 7. *II.* 18. *Pect.* 14. *V.* 4. *A.* 15. *C.* 10.

Quae de *Cotto quadricorni* refert Gisler ad hunc refert Fischerström *Deſcr. Maeleri* p. 185.

PLEU-

## PLEURONECTES.

*Oculi* ambo in eodem latere capitis.
*Membrana Branchioſtega* radiis IV — VII.
*Corpus* compreſſum latere altero dorſum, altero abdomen referente.

*Oculi a latere dextro.*

56. Pleuronectes *Hippogloſſus* oculis dextris, corpore toto glabro. L. S. N. XII. T. I. p. 456. Fn. Su. 329. Art. Gen. 17. Syn. 31.

*Pleuronectes* pinna caudali lunulata. Bloch. Piſc. Germ. 2. p. 47. t. 47.

*Holybut.* Penn. Britt. Zool. 3. p. 226.

*Hippogloſſus.* Will. ichth. 99.

*Suecis* Hälgeflundra.

Habitat in Mari occidentali.

Variat raro oculis ſiniſtris. Linea lateralis recta. Ex hoc *Raf* et *Rökling* paratur.

57. Pleuronectes *Plateſſa* oculis dextris, corpore glabro, tuberculis ſex capitis. L. S. N. XII. T. I. p. 456. Fn. Su. 328.

*Pleuronectes Rödſpotta.* it. Weſtrog. 179.

*Pleuronectes* oculis et tuberculis ſex a dextra capitis, lateribus glabris, ſpina ad anum. Art. Gen. 17. Syn. 30. Spec. 57.

*Pleuronectes* tuberculis ſex ad caput. Bloch. Piſc. Germ. 2. p. 31. t. 42.

*Plaiſe.* Penn. Britt. Zool. 3. p. 229.

*Paſſer Belonii.* Will. ichth. 96.

*Suecis* Skälla, Spätta, Rödſputta, Rödſpätta.

Habitat in utroque mari.

*Corpus*



*Corpus ovatum. Linea lateralis* ſubrecta. *Maculae* ferrugineae rotundae in dorſo et pinnis. *Squamae* elevato-hemiſphaericae. *Spina* ad anum.

58. Pleuronectes *Fleſus* oculis dextris, linea laterali aſpera, ſpinulis ad pinnas. L. S. N. XII. T. I. p. 457. Fn. Su. 327.

*Pleuronectes Skrobba.* it. Scan. 326.

*Pleuronectes* oculis a dextris, linea laterali aſpera, ſpinulis ſupine ad radices pinnarum, dentibus obtuſis. Art. Gen. 17. Syn. 31. Spec. 59.

*Pleuronectes* ſpinulis plurimis in latere ſuperiore. Bloch. Piſc. Germ. 2. p. 39. t. 44.

*Flounder.* Penn. Britt. Zool. 3. p. 229.

*Paſſer fluviatilis.* Will. ichth. 98.

*Suecis* Flundra. *Bahuſiis* Slättſkädda.

Habitat in mari utroque.

*Corpus* ovale. *Linea lateralis* ſupra pinnas pectorales nonnihil flexa. *Maculae* nigreſcentes in dorſo et pinnis. Ad P. dorſalis ac analis baſin et lineam lateralem ſeries aculeolorum.

59. Pleuronectes *Limanda* oculis dextris, ſquamis ciliatis, (ſpinulis ad radicem pinnarum dorſi anique) dentibus obtuſis. L. S. N. XII. T. I. p. 457.

*Pleuronectes* oculis a dextra, ſquamis aſperis, ſpina ad anum, dentibus obtuſis. Art. Gen. 17. Syn. 33. Spec. 58.

*Pleuronectes* ſquamis aſperis, linea laterali arcuata. Bloch. Piſc. Germ. 2. p. 45. t. 46.

*Dab.* Penn. Britt. Zool. 3. p. 230.

*Paſſer aſper* l. *ſquamoſus.* Will. ichth. 97.

*Scanis* Skrubba.

Habitat in utroque mari.

*Corpus*

*Corpus* ovatum. *Linea lateralis* ſupra P. pectorales arcuata, dehinc recta. *Maculae* parvae, pallidae vel nullae. *Squamae* majores, aſperae. *Pinna Caudae* leviter emarginata. *Spinulae* ad radices pinnarum vix ullae.

60. PLEURONECTES *Solea* oculis dextris, corpore oblongo aſpero, maxilla ſuperiore longiore. L. S. N. XII. T. I. p. 457. Fn. Su. 326.

*Pleuronectes Lingua.* it. Weſtrog. 178.

*Pleuronectes oblongus* maxilla ſuperiore longiore, ſquamis utrinque aſperis. Art. Gen. 18. Syn. 32. Spec. 60.

*Pleuronectes* ſquamis aſperis, maxilla ſuperiore longiore. Bloch. Piſc. Germ. 2. p. 42. t. 45.

*Sole.* Penn. Britt. Zool. 3. p. 231.

*Bugloſſus.* Will. ichth. 100.

*Suecis.* Tunga, Sola.

Habitat in mari occidentali.

*Corpus* ovali-oblongum, immaculatum. *Squamae* denticulatae, aſperae. *Linea lateralis* recta.

61. PLEURONECTES *Linguatula* oculis dextris, ano ſiniſtro, dentibus acutis. L. S. N. XII. T. I. p. 457. Art. Gen. 17. Syn. 31.

Habitat in mari occidentali.

*Oculi a latere ſiniſtro.*

62. PLEURONECTES *Rhombus* oculis ſiniſtris, corpore glabro. L. S. N. XII. T. I. p. 458. Art. Gen. 18. Syn. 31.

*Pleuronectes Pigghwarf.* it. Weſtrog. 178.

*Pleuronectes* corpore lato et glabro. Bloch. Germ. 2. p. 36. t. 43.

*Pearl.* Penn. Britt. Zool. 3. p. 238.

*Rhombus laevis.* Will. ichth. 95.

*Suecis.* Slättwar, Slätta.

Habitat



Habitat in mari Balthico et occidentali.

*Corpus* ſubrhombeo-ovatum. *Linea lateralis* circa pinnas pectorales arcuata, dein recta. *Maculae* minutae pallidae.

63. PLEURONECTES *maximus* oculis ſiniſtris, corpore aſpero. L. S. N. XII. T. I. p. 459. Fn. Su. 325. Art. Gen. 18. Syn. 32.

*Flundror.* it. Gothl. 186.

*Pleuronectes* tuberculis oſſeis ſcaber. Bloch. Piſc. Germ. 2. p. 53. t. 49.

*Turbot.* Penn. Britt. Zool. 3. p. 233.

*Rhombus maximus* aſper non ſquamoſus. Will. ichth. 94. *Rhombus aculeatus* ibid. 95.

*Suecis* Butta. *Scanis* Piggwar, Piſware.

Habitat in utroque mari.

*Corpus* oblique lato-ovatum aſperum, aculeolis ſparſis rude. *Linea lateralis* ab oculo ſuperiore vel dextro incipiens arcuata, dein recta. *Color* fuſcus, maculis irregularibus nigris.

64. PLEURONECTES *Paſſer* oculis ſiniſtris, linea laterali ſiniſtra aculeata. L. S. N. XII. T. I. p. 459.

*Pleuronectes* oculis a ſiniſtra, linea laterali utrinque aculeata. Art. Gen. 18. Syn. 32.

*Pleuronectes* linea laterali verſus caput tantum aculeata. Bloch. Piſc. Germ. 2. p. 57. t. 50.

Habitat in mari occidentali.

*Corpus* ovatum, *cauda* reliquorum longior. *Linea lateralis* leviſſime flexa ſupra pinnas pectorales, verſus ſuperiora ſerie aculeorum ad utrumque marginem lineae, et quidem in ſupino tantum latere.

65. PLEURONECTES *hirtus* oculis ſiniſtris, corpore ſquamis ciliatis aſpero, pinnis ventralibus connatis. *Abildgaard.* Zool. Dan. 3. p. 36. t. 103.

*Pleu-*

*Pleuronectes punctatus* corpore lato aſperoque. Bloch. Piſc. extr. 5. p. 31. t. 189?

*Whiff.* Penn. Britt. Zool. 3. p. 238.

Habitat in mari occidentali rarius.

*Corpus* ovale, cauda fere nulla. *Linea lateralis* ſupra pectorales pinnas arcuata, dein quidem recta, at nonnihil oblique ducitur. *Squamae* ciliatae. *Pinnae* praeter labium inferius totum piſcem ambiunt. Si *Pl. punctatus Cel. Bloch* cum *hirto*, quem recentem vidi et examinavi apud amiciſſ. Abildgaard, de quo vix dubito, conſpirant enim egregie forma, aſperitas, linea lateralis, numerus radiorum in pinnis etc. nimis pulchre coloratus, et pennarum ventralium coadunatio praeterviſa in exemplari ſpiritu vini ſervato, niſi morboſa fuerit concretio in exemplari Abildgaardi.

## L A B R U S.

*Dentes* acuti. *Labia* ſimplicia.

*Membrana Branchioſtega* radiis VI. *Opercula* ſquamoſa.

*Pinnae Dorſalis* radii poſtice ramento filiformi acuti.

. . . *Pectorales* acuminatae.

*Linea lateralis* recta.

66. Labrus *ſuillus* pinna dorſali ramentacea, macula nigra ſupra caudam, ſpinis dorſalibus novem. L. S. N. XII. T. I. p. 476. Fn. Su. 330.

*Bergſgultra* Spari ſpecies. it. Weſtrog. 179.

*Bahuſiis* Bergſnultra.

Habitat in mari occidentali.

*Facies* Percae. *Color* ſubvireſcens. *Linea lateralis* verſus caudam flexa. *Spinae dorſi* in it. Weſtrog. l. c. dicuntur novendecim. *M. B.* 5. *P. D.* [illegible] *P.* 13. *V.* 6. *A.* 10. *C.* 14. à Linné. Numne idem cum *Perca rupeſtri*?



67. Labrus *exoletus* pinna dorſi ramentacea, corpore lineis coeruleis, pinna ani ſpinis quinque. L. S. N. XII. T. I. p. 479. Fn. Su. 331. Müll. Prodr. Zool. Dan. 386. Aſcan. icon. t. 12?

*Striped Wraſſe.* Penn. Britt. Zool. 3. p. 249. t. 45?

β. *Labrus carneus* ruber maculis duabus nigris in baſi poſtica pinnae, et tertia in extremo dorſi. Müll. Prodr. Zool. Dan. 385. Aſcan. icon. t. 13. Bloch. Piſc. extr. 6. p. 3. t. 289.

*Suecis.* α. Blåſtål.

Habitat in maris occidentalis ſuperiore parte.

Piſcatores Norwegi obſervarunt hos ſolo ſexu diverſos, et quidem *carneum* foeminam eſſe. O. Fabricius.

68. Labrus *Aper* pinna dorſi ramentacea, anali ſpinis tribus, capite corporeque flaveſcente lituris ruſis. *Labrus Berggylt*, cauda rotundata, ſquamis margine pinnis operculisque lineis flexuoſis ruſo-aureis. Prodr. Zool. Dan. 387. Aſcan. icon. t. 1.

*Ballan.* Penn. Britt. Zool. 3. p. 246. t. 44?

*Suecis* Haſakarp.

Habitat in mari occidentali, ad Torekow haud rarus. *P. D.* [illegible] *P.* 14. *V.* [illegible] *A.* [illegible] *C.* 12.

## P E R C A.

*Caput* operculis ſquamatis, ſerratis.

*Membrana Branchioſtega* radiis VII.

*Corpus* pinnis ſpinoſis.

69. Perca *fluviatilis* pinnis dorſalibus diſtinctis: ſecunda radiis XVI. L. S. N. XII. T. I. p. 481. Fn. Su. 332.

Perca

*Perca* lineis utrinque ſex transverſis nigris, pinnis ventralibus rubris. Art. Gen. 39. Syn. 66. Spec. 74.

*Perca* pinna ani radiis undecim. Bloch. Piſc. Germ. 2. p. 66. t. 52. Berl. Geſellſch. Schrift. 1. p. 270.

*Common Pearch.* Penn. Britt. Zool. 3. p. 254. t. 48 f. 124. var. dorſo gibbo.

*Perca fluviatilis.* Will. ichth. 291.

*Suecis* Abborre.

Habitat in Mari ad fluviorum exitum, in lacubus, fluviis vulgaris. In ſtagnis Fahlunae hujus ſingularis varietas eſt, quae ſpina recurvata et dorſo omnino gibbo frequens reperitur. Cfr. *Penn. l. c.*

70. Perca *Lucioperca* pinnis dorſalibus diſtinctis, ſecunda radiis viginti tribus. L. S. N. XII. T. I. p. 481. Fn. Su. 334.

*Perca* pallide maculoſa, duobus dentibus maxillaribus utrinque majoribus. Art. Gen. 39. Syn. 67. Spec. 76.

*Perca* pinna ani radiis quatuordecim. Bloch. Piſc. Germ. 2. p. 62. t. 51. Berl. Geſellſch. Schrift. 1. p. 281.

*Lucioperca.* Will. ichth. 293.

*Suecis.* Giös.

Habitat in lacubus majoribus Uplandiae, Weſtmanniae, Sudermanniae, Scaniae etc.

71. Perca *Norwegica* pinnis dorſalibus unitis, radiis XV. ſpinoſis XIV mollibus, corpore rubro.

*Perca Norwegica* corpore rubro. Prodr. Zool. Dan. 390. Fabr. Fn. Groenl. 121. Aſcan. icon. t. 16.

*Perca marina, Uer,* Leems Lapl. p. 327. not. 186. t. 99.

*Karfe.* Ol. et Pov. it. Isl. p. 559. t. 29.

*Sea Perch.* Penn. Britt. Zool. 3. p. 258. t. 48. f. 126.

*Rödfisk.* Pontopp. Norg. N. H. p. 223.

Habitat



Habitat in mari occidentali.

*Perca marina Linn.* perperam in Fauna Suecica introducta, piſcis enim eſt mediterraneus. *Sparus erythrinus* a *P. norvegica* diverſus omnino.

*Piſcis* bipedalis et ultra. *Operculum* dentibus 2 obtuſis, 3 acutis. *P. D.* $\frac{14}{15}$. *P.* 17. *V.* 6. *A.* $\frac{3}{12}$. *C.* 16. *Spinae* plures in fronte et ad tempora.

72. Perca *maculoſa* pinnis dorſalibus unitis ramentaceis, radiis ſpinoſis XVI, mollibus IX, dorſo violaceo, corpore et dorſali pinna maculoſis.

*Lutjanus Norvegicus* Bloch. Piſc. extr. 5. p. 11. t. 250.

Habitat in mari occidentali verſus Norwegiam.

*M. B.* 5. *P. D.* $\frac{15}{25}$. *V.* $\frac{1}{6}$. *A.* $\frac{3}{7}$. *C.* 16. *P.* 12.

73. Perca *rupeſtris* pinnis dorſalibus unitis, radiis ſpinoſis ramentaceis ſeptendecim; mollibus novem, macula nigra antice et ſupra caudam.

*Perca rupeſtris* pinna dorſi ramentacea antice, caudaque ſuperius ante pinnam nigro-maculata. *Abildgaard* Zool. Dan. 3. p. 44. t. 107.

*Labrus rupeſtris* pinna dorſali ramentacea antice macula fuſca. L. S. N. XII. T. I. p. 478.

*Sciaena* margine ſuperiore caudae macula fuſca notato. Muſ. Ad. Frid. p. 65.

*Lutjanus rupeſtris*, Bloch. Piſc. extr. 4. p. 117. t. 250.

*Goldſinny.* Penn. Britt. Zool. 3. p. 251. t. 47. f. 121?

*Suecis* Strandabborre.

Habitat in mari occidentali ad littora rupeſtria.

*Caput* lineis coeruleis pictum. I. C. Fabricius.

*M. B.* 5. *P. P.* 13. *D* $\frac{17}{13}$. *V.* $\frac{1}{6}$. *A.* $\frac{3}{10}$. *C.* 16. *Dentes* 4. primores in utraque maxilla, acuti.

Y 74.

74. PERCA *cernua* pinnis dorſalibus unitis radiis vigintiſeptem, ſpinis quindecim, cauda bifida. L. S. N. XII. T. I. p. 487. Fn. Su. 335.

*Perca* dorſo monopterygio, capite cavernoſo. Art. Gen. 40. Syn. 68. Spec. 77. Bloch. Piſc. Germ. 2. p. 74. t. 53. f. 2. Berl. Geſellſch. Schr. 1. p. 287.

*Ruffe*. Penn. Britt. Zool. 3. p. 259.

*Cernua fluviatilis*. Will. ichth. 334.

*Suecis*. Gers. *Fahlunenſibus* Snorgers. *Scanis* Hork.

Habitat in lacubus paſſim per Sueciam, rarius ad littora marina capitur, tuncque major et magis ſapidus.

## GASTEROSTEUS.

*Corpus* ad caudam utrinque carinatum.
*Aculei* diſtincti ante pinnam dorſi.
*Pinnae Ventrales* pone pectorales, ſed ſupra ſternum.
Membrana Branchioſtega radiis tribus.

75. GASTEROSTEUS *aculeatus* ſpinis dorſalibus tribus. L. S. N. XII. T. I. p. 489. Fn. Su. 336. Bloch. Piſc. Germ. 2. p. 79. t. 53. f. 3. Olav. Schag. Beſkr. t. 5. f. 2.

*Gaſteroſteus* aculeis in dorſo tribus. Art. Gen. 42. Syn. 80. Spec. 96.

*Threeſpined Stickleback*. Penn. Britt. Zool. 3. p. 261. t. 50. f. 129.

*Piſciculus aculeatus*. Will. ichth. 341.

*Suecis* Spigg, Skitſpigg, quod paulo urbanius Skötſpigg pronunciatur. *Wermelandis* Hornfisk.

Habitat in lacubus et aquis tardius fluentibus vulgaris, etiam in mari.

76. GASTEROSTEUS *pungitius* ſpinis dorſalibus decem. L. S. N. XII. T. I. p. 491. Fn. Su. 337. Bloch. Piſc. Germ. 2. p. 82. t. 53. f. 4.

*Gaſteroſteus* aculeis in dorſo decem. Art. Gen. 52. Syn. 80. Spec. 97.

*Tenſpined Stickleback*. Penn. Britt. Zool. 3. p. 262. t. 50. f. 130.

*Piſciculus aculeatus minor*. Will. ichth. 342.

*Suecis* Benunge. *Dalis* Gaddſur. *Dalecarlis* Gorquadd. *Scanis* Hundstagg. *Hallandis* Skinnäling.

Habitat in omni rivulo.



77. GASTEROSTEUS *Spinachia* ſpinis dorſalibus quindecim. L. S. N. XII. T. I. p. 492. Bloch. Piſc. Germ. 2. p. 84. t. 53. f. 1.

*Gaſteroſteus* aculeis in dorſo quindecim. Art. Gen. 52. Syn. 61.

*Fifteenſpined Stickleback*. Penn. Britt. Zool. 3. p. 263. t. 50. f. 131.

*Aculeatus* l. Pungitius marinus longus. Will. ichth. 340.

Habitat in mari Balthico et occidentali.

## SCOMBER.

*Caput* compreſſum laeve.
*Membrana Branchioſtega* radiis VII.
*Corpus* laeve, linea laterali poſtice carinatum.
*Pinnae ſpuriae* ſaepius verſus caudam.

78. SCOMBER *Scombrus* pinnulis quinque. L. S. N. XII. T. I. p. 492. Fn. Su. 339.

*Scomber* pinnulis quinque in extremo dorſo, ſpina brevi ad anum. Art. Gen. 30. Syn. 48. Spec. 68.

*Scomber* pinnulis quinque in margine utroque caudae. Bloch. Piſc. Germ. 2. p. 88. t. 54.

*Common Mackrell*. Penn. Britt. Zool. 3. p. 264. t. 51. f. 132.

*Scomber.* Will. ichth. 181.
*Suecis* Makrill.

Habitat in mari occidentali et Sinu Codano.

79. Scomber *Thynnus* pinnulis utrinque octonis. L. S. N. XII. T. I. p. 493.
*Scomber* pinnulis octo vel novem in extremo dorſo et ſulco ad pinnas ventrales. Art. Gen. 91. Syn. 49.
*Scomber albicans.* Osb. it. Chin. 69.
*Scomber* linea laterali laevi ſuperius incurvata. Bloch. Piſc. Germ. 2. p. 95. t. 55.
*Tunny.* Penn. Britt. Zool. 3. p. 266. t. 52.
*Makrel Störje.* Ström. Nov. Act. Nidr. 2. p. 341. c. fig.
*Thynnus* l. *Thunnus Belonii.* Will. ichth. 176.
*Suecis* Spansk Makrill.

Habitat in mari occidentali rarius.

80. Scomber *Trachurus* pinnulis unitis, ſpina dorſali recumbente, linea laterali loricata. L. S. N. XII. T. I. p. 494.
*Scomber* linea laterali aculeata, pinna ani oſſiculorum triginta. Art. Gen. 51. Syn. 50.
*Scomber* linea laterali aculeata. Bloch. Piſc. Germ. 2. p. 104. t. 56.
*Scad.* Penn. Britt. Zool. 3. p. 269. t. 51. f. 134.
*Trachurus.* Will. ichth. 290.

Habitat in mari Balthico et occidentali rarius.

*Pinnae Dorſi* duae 1. 9. radio primo ſpina brevis recumbens 2. 35. *Aculei* duo ad anum; *Linea lateralis* ſupra pinnas Pectorales arcuata, dein recta, ſcutellis imbricatis aculeo reverſo armatis.

## M U L L U S.

*Caput* compreſſum, declive, ſquamis tectum.
*Membrana Branchioſtega* radiis tribus.
*Corpus* ſquamis magnis, facile deciduis.

81.



81. Mullus *Surmuletus* cirris geminis, lineis luteis longitudinalibus. L. S. N. XII. T. I. p. 496.
*Trigla* capite glabro, lineis utrinque quatuor longitudinalibus parallelis luteis. Art. Gen. 43. Syn. 72.
*Mullus* corpore rubro, ſtriis luteis. Bloch. Piſc. Germ. 2. p. 111. t. 57.
*Striped Surmulet.* Penn. Britt. Zool. 3. p. 274. t. 53.
*Mullus major noſter et Salviani.* Will. icht. 285.

Habitat in mari Balthico et occidentali, ad Suecica littora rarus.

Striarum lutearum numerus variabilis.

## T R I G L A.

*Caput* loricatum, lineis ſcabris.
*Membrana Branchioſtega* radiis VII.
*Digiti* liberi ad pinnas pectorales.

82. Trigla *Gurnardus* digitis ternis, radiis pinnarum pectoralium bifidis, linea laterali aculeata.
*Trigla Gurnardus* digitis ternis, dorſo maculis nigris rubrisque. L. S. N. XII. T. I. p. 497.
*Trigla* varia; roſtro diacantho; aculeis geminis ad utrumque oculum. Art. Gen. 46. Syn. 74.
*Trigla* lateribus nigris albiſque punctatis, linea laterali lata aculeataque. Bloch. Piſc. Germ. 2. p. 121. t. 58.
*Grey Gurnard.* Penn. Britt. Zool. 3. p. 276. t. 54.

Habitat in utroque mari.

83. Trigla *Cuculus* digitis ternis, linea laterali mutica. L. S. N. XII. T. I. p. 497.
*Trigla* tota rubens, roſtro parum bicorni, operculis branchiarum ſtriatis. Art. Gen. 45. Syn. 74.
*Trigla* corpore rubro, macula nigra in pinna dorſali prima. Bloch. Piſc. Germ. 2. p. 124. t. 59.
*Red Gurnard.* Penn. Britt. Zool. 3. p. 278. t. 57. f. 138.
*Cuculus.* Will. ichth. 281.

Habitat in mari occidentali.

84.

84. Trigla *Hirundo* digitis ternis, radiis pinnae pectoralis multifidis, linea laterali aculeata.

*Trigla Hirundo* digitis ternis, linea laterali aculeata. L. S. N. XII. T. I. p. 497. Fn. Su. 340. *

*Trigla* capite aculeato, appendicibus utrinque tribus ad pinnas pectorales. Art. Gen. 44. Syn. 75. Linn. It. Weſtrog. 176.

*Trigla* pinnis pectoralibus latis. Bloch. Piſc. Germ. 2. p. 126. t. 60.

*Sapphirine Gurnard.* Penn. Britt. Zool. 3. p. 280. t. 56.

*Hirundo.* Will. ichth. 280.

*Suecis* Knorrhane. *Scanis* Knoding. *Marſtrandis* Knot. *Hallandis* Smed.

Habitat in mari Balthico rarius, in occidentali vulgaris.

## 6. ABDOMINALES.

### COBITIS.

*Oculi* in ſuprema capitis parte.

*Membrana Branchioſtega* radiis IV — VI. *Opercula* inferne clauſa.

*Corpus* fere aequale, l. cauda verſus pinnam minus anguſtata.

85. Cobitis *Barbatula* cirris ſex, capite inermi compreſſo. L. S. N. XII. T. I. p. 499. Fn. Su. 341.

*Cobitis* tota glabra maculoſa, corpore ſubtereti. Art. Gen. 2. Syn. 2.

*Cobitis* capite inermi, ſex cirris ad os. Bloch. Piſc. Germ. 1. p. 224. t. 31. f. 3.

*Bearded Loche.* Penn. Britt. Zool. 3. p. 282. t. 58. f. 142.

*Cobitis fluviatilis barbatula.* Will. ichth. 265.

*Suecis* Grönling.

Habitat in lacu Mälaren, iſtuc adlatus e Germania curante R. Friderico I.

86. Cobitis *Taenia* cirris ſex. ſpina ſuboculari. L. S. N. XII. T. I. p. 499. Fn. Su. 342.

*Cobitis* aculeo bifurco infra utrumque oculum. Art. Gen. 2. Syn. 3. Spec. 4.

*Cobitis* aculeo bifurco in utrumque latus capitis. Bloch. Piſc. Germ. 1. p. 221. t. 31. f. 2.

*Cobitis barbatula aculeata.* Will. icht. 265.

*Taenia cornuta.* Will. ichth. 266.

*Suecis* circa Mälaren Tånglake.

Habitat in lacu Mälaren.

87. Cobitis *foſſilis* cirris octo, ſpina ſupraoculari. L. S. N. XII. T. I. p. 500. Fn. Su. 343.

*Cobitis* coeruleſcens lineis utrinque quinque longitudinalibus Art. Gen. 2. Syn. 3.

*Cobitis* aculeo bifurco ſupra utrumque oculum *Gronov.* Act. Upſ. 1742. p. 79. t. 3.

*Cobitis* cirris decem ad os. Bloch. Piſc. Germ. 1. p. 216. t. 31. f. 1.

*Muſtela foſſilis.* Will. ichth. 124.

Habitat in Piſcinis Ulricsdaliae ſata.

### SILURUS.

*Caput* nudum. *Os* cirris aliquot filiformibus.

*Corpus*: radius pinnarum pectoralium aut dorſalis primus, ſpinoſus, retrodentatus.

88. Silurus *Glanis* pinna dorſali unica mutica, cirris ſex. L. S. N. XII. T. I. p. 501. Fn. Su. 344. Bloch. Piſc. Germ. 1. p. 242. t. 34.

Mal.

*Mal.* it. Scan. 61. Act. R. Ac. Suec. 1756. p. 34. t. 3.
*Silurus* cirris quatuor in mento. Art. Gen. 82. Syn. 110.
*Silurus.* Holm. Act. Hafn. XII. p. 133. c. tab.
*Silurus.* Will. ichth. 128.
*Suecis* Mahl.

Habitat in variis lacubus, ut in Mälaren, in Bärren Sudermanniae, ad Skeinge et Ousby Scaniae, Hund Oſtrogothiae, etiam in lacu quodam provinciae Calmarienſis etc. maximus dulcium aquarum.

Radius I. pinnarum pectoralium in hoc ſpinoſus, verſus apicem retrodentatus.

## S A L M O.

*Caput* laeve. *Dentes* in maxillis, lingua.

*Corpus:* pinna dorſalis poſtica *adipoſa.* Pinnae ventrales multiradiatae.

* *Truttae* corpore variegato.

89. Salmo *Salar,* roſtro ultra maxillam inferiorem prominente. L. S. N. XII. T. I. p. 509. Fn. Su. 345. Art. Gen. 11. Syn. 22. Spec. 48.
*Salmo* maxilla ſuperiore ultra inferiorem prominente, pinna anali radiis tredecim. Bloch. Piſc. Germ. 1. p. 128. t. 20. *foemina* et 3. p. 146. t. 98. *mas.*
*Salmon.* Penn. Britt. Zool. 3. p. 284. t. 58. f. 143.
*Salmo.* Will. ichth. 189.
*Suecis* Lax. Blanklax.

Habitat in mari, unde fluvios omnes fere, niſi vadoſi ſint, aſcendit ova depoſiturus, et quidem hoc in auſtralioribus provinciis maturius, in borealibus ſerius. In his uti Torneae et Kenis ſeu ad apicem maris Bothnici copioſiſſimus eſt; rarius apud nos hyemes



hyemes tranſigit, ut in lacu Siljan Dalecarliae, tumque facie multum mutatur.

Mares veteres roſtro adunco, ſpecie nullo modo differt. *Krok Lax* a nonnullis vocatur, etiam *Hakelax.*

90. Salmo *Eriox* maculis cinereis, caudae extremo aequali. L. S. N. XII. T. I. p. 509. Fn. Su. 346. Art. Gen. 12. Syn. 23.
*Grey.* Penn. Britt. Zool. 3. p. 295.
*Salmo cinereus aut griſeus.* Will. ichth. 193.
*Suecis* Grå Lax.

Habitat in mari, praecedente minor et rarior.

Craſſior et latior quam praecedens, nec fluvios ante Auguſtum aſcendere dicitur, quod diverſam indicare videtur ſpeciem.

91. Salmo *Trutta* ocellis nigris iridibus brunneis, pinna pectorali punctis ſex. L. S. N. XII. T. I. p. 509. Fn. Su. 347.
*Salmo* latus maculis rubris nigrisque, cauda aequali. Art. Gen. 12. Syn. 24. Spec. 51.
*Salmo* ocellis nigris iridibus lucidioribus, pinna anali radiis undecim. Bloch. Piſc. Germ. 1. p. 143. t. 21.
*Sea Trout.* Penn. Britt. Zool. 3. p. 296.
*Trutta Salmonata.* Will. ichth. 193.
*Suecis* Örlax, alibi Börtling. *Scanis* Laxöra, Laxöring.

Habitat in mari, unde fluvios aſcendit, parcius in auſtralioribus provinciis quam in Dalecarlia et Norlandia; etiam lacuſtris.

Maculae pinnarum ſaepe deſunt.

92. Salmo *Fario* maculis rubris, maxilla inferiore ſublongiore. L. S. N. XII. T. I. p. 509. Fn. Su. 348.

Salmo

*Salmo* maxilla inferiore parum longiore, maculis rubris. Art. Gen. 12. Syn. 23. Spec. 51.
*Salmo* ocellis rubris iridibus lucidioribus, pinna anali radiis undecim. Bloch. Piſc. Germ. 1. p. 143. t. 22.
*Trout.* Penn. Britt. Zool. 3. p. 297. t. 59. f. 146.
*Trutta fluviatilis.* Will. icht. 199.
*Suecis.* Forell, alibi perperam Laxöring. *Angermannis* Stenbit, Bäck-rö, Rödſisk.

Habitat in fluviis rivulisque.

*Samlet.* Penn. Britt. Zool. p. 303. t. 59. f. 148. huic ſimillimus, niſi quod cauda ei ſit bifurca.

Species et varietates certe non bene diſtinxit Cel. Gisler in Act. R. Ac. Suec. 1751.

93. Salmo *alpinus* dorſo nigro, lateribus coeruleis, ventre fulvo. L. S. N. XII. T. I. p. 510. Fn. Su. 349.
Röding. it. Weſtrog. p. 257.
*Salmo* vix pedalis; pinnis ventralibus rubris, maxilla inferiore paulo longiore. Art. Gen. 13. Syn. 25. Spec. 52.
*Salmo* maculis non ocellatis varius, pinna caudali truncata. Bloch. Piſc. Germ. 3. p. 159. t. 104?
*Salmo alpinus.* Berl. Geſ. Schrift. 2. p. 297?
*Charr.* Penn. Britt. Zool. 3. p. 305. t. 60.?
*Umbla minor.* Will. ichth. 196?
*Suecis* Röding. *Lappis* Raud.

Habitat in lacubus alpium Lapponicarum ſummis vulgatiſſimus et fere unicus piſcis in lacu Yngen Wermelandiae et Wettern.

*Longitudo* communiter unc. XIII. *Squamae* minutiſſimae ſunt. *Caput* glabrum, ovatum, obtuſum. *Maxillae* dentatae. *Lingua* duobus ordinibus dentium, ſingulo hoc ordine VI dentibus conſtante. *Palatum* ad latera dentatum. *Nares* parvae duplici foramine in ſingulo latere, altero ſupra alterum, quorum inferius majus clauſum. *Oculorum* iris griſea; pupilla nigra; infra oculos in mala ſeu oſſe carnibus veſtito puncta VII excavata longitudinaliter digeſta; in eodem oſſe poſterius puncta III perpendiculari ordine collocata. *Membrana Branchioſtega* oſſiculis decem.



*Pinna dorſi* radiis XII. quorum duo priores ſenſim longiores, tertius et quartus longiſſimi cum ſequentibus diviſi.

*Color* totius piſcis ſupra a *dorſo* niger eſt, ad latera cyaneus l. dilute coeruleus; *venter* vero fulvus l. rubroluteus. *Caput* et *gula* alba ſunt. *Pinnae ventrales* rubrae, exteriori margine albae; puncta luteſcentia ſecundum lineam lateralem longitudinaliter lateribus adſperſa ſunt. *Cauda* bifurca colore lateris.

*Proportio* a roſtro ad baſin capitis unc. $1\frac{1}{2}$. a capite ad pinnam dorſi unc. $3\frac{1}{2}$. dorſalis pinnae baſis unc. $1\frac{1}{4}$. ejusdem altitudo unc. 2. a dorſali pinna ad adipoſam unc. 3. a cauda ad adipoſam $2\frac{1}{4}$. a cauda ad pinnam ani unc. $1\frac{1}{2}$. *Caro* omnium ſapidiſſima ruberrimo pulchro colore. *à* Linné *Fn. Su.*

*Salmo Alpinus* Fabr. Fn. Groenl. 125. diverſus a noſtro, at *Raudo* vel *Röje* Norwegorum noſter videtur. Synonyma praeter Artedi dubia ſunt.

94. Salmo *Goedenii*, maculis rubris ocellatis, maxillis aequalibus, cauda bifurca.
*Salmo Goedenii* capite parvo, maculis rubris ad truncum. Bloch. Piſc. Germ. 3. p. 155. t. 102.

Habitat in mari Balthico.

Sesquipedalis, in dorſo maculae rufae, in lateribus ocellatae iride alba. *Pinna dorſi* maculata, *caudae* minus quam in ſequente acute fiſſa. *Br.* 10. *P.* 15. *V.* 10. *A.* 11. *D.* 12. *C.* 18.

95.

95. Salmo *Schiefermulleri* maculis nigris lunatis, maxilla inferiore longiore, cauda bifurca.

*Salmo* maxilla inferiore longiore, maculis nigris. Bloch. Piſc. Germ. 3. p. 157. t. 103.

Habitat in mari Balthico.

Piſcis argenteus, lateribus rubore debili perfuſis, maculae parvae vel potius lineolae arcuatae nigrae. Dorſum coeruleſcens. Cauda bifurca ſinu acuto. *Br.* 12. *V.* 10. *P.* 18. *A.* 13. *D.* 15. *C.* 19.

** *Osmeri, pinna ani dorſique oppoſitis.*

96. Salmo *Eperlanus* capite diaphano, radiis pinnae ani ſeptendecim. L. S. N. XII. T. I. p. 511. Fn. Su. 350.

*Osmerus* radiis pinnae ani ſeptendecim. Art. Gen. 10. Syn. 21. Spec. 45.

α. *Salmo* maxilla inferiore longiore, pinna ani radiis ſeptendecim. Bloch. Piſc. Germ. 1. p. 179. t. 28. f. 2.

*Smelt.* Penn. Britt. Zool. 3. p. 313. t. 61. f. 151.

*Eperlanus.* Will. ichth. 202.

*Suecis* Nors.

β. *Salmo Eperlano-marinus.* Bloch. Piſc. Germ. 1. p. 182. t. 28. f. 1.

*Suecis* Slom.

